# DISSERTATIO
## INAUGURALIS JURIDICA
DE
# LEGE AMORTIZATIONIS
IN
## DUCATIBUS JULIAE, ET MONTIUM
## VIGENTE,
QUAM
## SUB DIVINIS AUSPICIIS
UNA
CUM SELECTIS EX OMNI JURE POSITIONIBUS
IN ALMA ET ANTIQUISSIMA UNIVERSITATE
## ELECTORALI PALATINA
HEIDELBERGENSI
ANNUENTE AMPLISSIMO JURIS CONSULTORUM ORDINE
*PRAESIDE*

## GEORGIO JOSEPHO WEDEKIND, U. J. D.
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
PALATINI CONSIL. REGIM., JUR. NAT. ET GENT. PROF.
PUBL. ORD., FAC. JUR. h. t. DECANO, ACAD. SCIENT.
THEODORO - PALATINAE SOCIO

PRO LICENTIA
*SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES AC PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE CONSEQUENDI*
PLACIDO EXAMINI SUBMITTIT
AUTHOR ET DEFENDENS

## FERDINANDUS JOSEPHUS IGNAT. SCHWEREN
Berchemio - Juliacenſis

*Ad Diem V. Septembris, Anno MDCCLXXVII.*
HORIS CONSUETIS.
IN AULA ACADEMICA NOVI WILHELMIANI.

---


*Typis* JOANNIS BAPTISTAE WIESEN, Univerſitatis Typographi.



Diss. jur. 65
Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Diss. jur. 65
2 Be

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ILLUSTRISSIMO
GENEROSISSIMO
AC PERQUAM
*GRATIOSO DOMINO*
DOMINO
FRANCISCO ARNOLDO
S. R. I.
LIBERO BARONI
RAITZ
DE
FRENTZ
DOMINO IN SCHLENDEREN, HALL, KLEINENBROCH, KELLENBERG, STAMMEL,
HATTENHEIM &c. &c.
*SERENISSIMI AC POTENTISSIMI*
*ELECTORIS PALATINI*
CAMERARIO,
CONSILIARIO ACTUALI INTIMO,
ET
SATRAPIAE JULIACENSIS IN BERCHEIM
SUPREMO PRAEFECTO,
*DOMINO*
*DOMINO SUO PERQUAM GRATIOSO.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# ILLUSTRISSIME,
# GENEROSISSIME DOMINE,
# DOMINE PERQUAM GRATIOSE!

*Juridicae Diſſertationi meae materiam ſelegi* TUA, ILLUSTRISSIME AC PERQUAM GRATIOSE DOMINE! *attentione vel duplici ex capite non indignam. Ea, qua ſupremus Satrapa Juliacenſi in* Bercheim *Satrapiae praeſides, Provincia ſubditorum commodis* TE *jubet invigilare. Neque tantummodo ab Imperiali Abbatia* Cornelio-Monaſterienſi *ſex inſignes pagos, & ſplendidiſſima ſub ſe praedia beneficiaria lege accepta comprehendenti feudali Camerae in* Oberauſſem *delectus es feudalis Judex; ſed & locum obtines Comitis Nemorum, ſive Sylvae, prae magnitudine* Viela *dictae, pro illa quippe portione, quam diverſi adhaeredati poſſident, quos inter loco non ultimo memorandus Abbas* Brauweilerenſis, *adeoque* TE *non minus obligatum vides ad Status tam eccleſiaſtici, quam civilis partes pro viribus tuendas. Enimvero hac in parte* TUUS *patruus major* JOANNES RAITZ a FRENTZ *Julio-Montenſis ſupremi Tabularii ſanctioris Praeſes, Cathedralium Eccleſiarum Leodienſis, & Monaſterienſis Praepoſitus, Spirenſis vero Capitularis ſua ſtrenue praeſtitit. Vir ille prudentiae civilis ſagacitate inſtructiſſimus, ardeſcente famoſiſſimo illo ſucceſſionis bello, totis in id unum viribus incumbebat, Juliacenſem ut, Montenſemque Ducatum excidio, flammisque cuncta depaſcentibus eriperet; id quod adſervatae in* TUO *rerum domeſticarum Tabulario Literae luculento confirmant teſtimonio. Archidux Leopoldus arctiſſima in Juliacenſi propugna-*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pugnaculo preſſus obſidione extremas rerum prope deſperatarum anguſtias clam pandens, ſuapte manu exaratas, teſtes ſingularis fiduciae voces non dubitat epiſtolae * ſubnectere. Unde excitatus Vir patriae amantiſſimus non modo aes ſuum omne magnanima profudit manu; ſed & alienum contraxit, ut a gementis Patriae cervicibus diriſſima belli flagella propulſaret. Didicerat etiam, propria teſte experientia, Vir conſummatiſſimus, quantae ſeges utilitatis ſuccreſceret Reipublicae, ſi Nobilis juventus ſanguinis praerogativae adjungeret ſubſidia literarum; ſupremis itaque Tabulis perennatura voluit relinqui media, quae nepotibus ſuis, ſanguinis nominisque Raitz-Frentziani haeredibus abunde ſufficerent, ut ſine parentum expenſis in publicis artium, ac diſciplinarum omnium palaeſtris confecto ſtudiorum curriculo exteras regiones adire, ac proinde addiſcere illa poſſent omnia, quae viri generoſi formant ornantque characterem.

Tam nobilis quippe ardor propagandi, illuſtrandique Nominis, pectus generoſum haud abs re ſuccenderat: Siquidem e Romanis Proceribus quondam ubique rerum dominis originem trahit antiquiſſima Raitziorum Familia per Gallias e Britan-

---

* En ipſiſſima Archiducis Leopoldi verba: Lieber von Frentz! wollet ihr des Volks bald los werden, wie ich dann auch anderſter nicht wünſche, videte ergo & juvate fortiter. Viciſſim ſum veſter.

*e Britannia ad Rhenum usque diffuſa, Exercitu Romano tum in Galliis militante, tum coloniis e gente Romana ad Ubios usque transmiſſis. Poſſedit illa apud Britannos Baronatum, urbemque* Raitz, *ſeu* Ratiatum, *cujus urbis jam dudum dirutae ruderibus oppidum* Machecou *eſt ſuperſtructum,* ampliſſimis Domus* Raitzianae *in Britannia tandem extinctae poſſeſſionibus ad varias illuſtres Familias dilapſis.*

*Horum e venis* Raitziorum *ex cognomine Baronatu in Britannia generoſus ſanguis TUUS dimanat, quod & Nominis & Inſignium conformitas innuit; micat quippe in ſcutis Familiae Crux aurea, ** Tauri Capite, & Cervice galeam decorante. ****

*Mino-*

---

* Voyez Machecou Longuerue Diſc. de la France. I Part. pag. 148. Pigancol Deſcript. de la France. T. V. p. 228.

** Ex Zelo ſuſceptae olim Chriſtianae Fidei ſignum Crucis aſſumptum auguratur Gelen. de Colon. Agrip. Magnitud. L. 2. Syntagm. 5. Scuta tamen ad XI usque Saeculum fuiſſe vacua, & Belli Sacri Expeditionibus frequentari coeptis, Cruces, aliaque ad diſcernendum ſigna fuiſſe admiſſa, teſtatur *Kremer* in ſeinen akademiſchen Beyträgen zur Gülich und Bergiſchen Geſchichte. Abhandl. von den Sigillen p. 51.

*** In quae *Raitz - Fraintziorum* arma ſic Gelen l. c.

Cum Cruce quid Cervix, & frons Tauri atra minacis?
Pro noſtra exprimitur Relligione labor.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*Minores natu Fratres, Primogenitis in Britannia relictis, Agrippinam usque demigrantes, ſuas ibi ſedes fixerunt, ubi Teutones ſtemmatico Nomini* RAITZ Frentz *addiderunt.* * *Hic auſpicata cum Clariſſimis e Romana gente Familiis connubia junxerunt, caſtris & propugnaculis e vicinia erectis in* Gieſendorff, Fiſchenich, Kendenich, Flieſteden, Geyen, *ſtrenue pro Patria dimicarunt.*

*Caeteris illuſtriores fuere* ERCKINGERUS FRENTZIUS *pro Gerardo Juliae, Montiumque Duce Marte ſecundo dimicans in bellicae virtutis proemium in ipſo partae victoriae campo martio inter primos recens inſtituti Ordinis S. Huberti Equites recenſitus.* **

ARND *ſeu* ARNOLDUS de FRENTZ *ad Nuptiarum Sereniſſimi Principis Joannis Wilhelmi, & Haſtiludiorum ſolemnitatem invitatus, ſplendido comparuit apparatu, & Principis ſui Labaro una cum binis aliis Equitibus Romphaeam praetulit, Sereniſſimo ſponſo Equite militare Nobilium agmen ad feſtivum certamen ducente, numeroſa Nobilitate armo-*

*rum*

---

* Raitz, die man nennt Fraintz, ait Chron. Col. quaſi diceres die Frantzen, oder Franzöſiſche Raitzen.

** Anno 1444. 3 Nov. vid. *Broſii* Annales Jul. & Mont. Tom. 2. fol. 56.

*rum varietate diſtincta praecedente hinc inde, & inſigni pompa ſubſequente.* *

*Cum Abavus* TUUS WINANDUS HIERONYM. RAITZ de FRENTZ *ſupremi exercitus Caeſariani Praefecti locum tenentis S. R. I. Lib. Baronis* de Werth, *peramplae poſſeſſionis haeredem, filiam Lambertinam connubio ſibi junxerit: fortiſſimum hunc Germanici Imperii Atlantem* Joannem de Werth *ſilentio hic praeterire nefas foret. Trahit is originem ſuam in Friſia orientali ex Equeſtri perantiquae Nobilitatis proſapia, ipſo teſte diplomate Caeſareo,* ** *ab Imperatore Ferdinando II in S. R. I. Lib. Baronum ordinem relatus. Ejusdem Generoſi praedeceſſores, bello inter optimates & Friſiae comites, ipſosque Status Hollandiae coorto, zelo Religionis orthodoxae permoti, Saec. XVI Nobiles Rhenum verſus hoſpites commigrarunt, praediis, bonisque omnibus vi armorum ſpoliati, & avitis poſſeſſionibus exuti, quas poſthac propitium in Generoſum Nepotem locuplete cornu coelum refudit.*

*Non*

---

* Vid. Beſchreibung Gül. fürſtlicher Hochzeit anno 1585. 10 Junii.

** Diplom. 4 Aprilis 1635 p. 3. . . . Betrachtet das alt adelich ritter, meßiges Geſchlecht, und Herkommen unſeres, und des Reichs lieben Getreuen Johan

de

*Non degenerem ſe generum tanto Heroe dignum probavit* WINANDUS HIERONYMUS RAITZ de FRENTZ, *inter Proceres, Statusque Regni Bohemici cooptatus: vix utramque urbem Pragenſem a formidabili Exercitu Suecico acerrima obſidione premi perceperat, Comite Palatino Car. Guſtavo ſupremo Duce; Equitibus octo a capite ad calcem, aere ſuo, armatis ſtipatus, Equeſtri Nobilium phalangi ſe ſociat, incolas ad tuendam civitatem animat, irruentes hoſtium impetus retardat, eosdem e propugnaculis, aggeribus, moenibus, foribusque prope dejectis propulſat, ita, ut a coepta obſidione duriſſima ad finem usque, ipſis ſupremis Ducibus, Burggravio de Dona quatuor Nobilium turmas ducente,* Innocentio Principe de Conti ſupremo excubiarum praefecto, & Comite de Colloredo Caeſariani exercitus imperatore*

---

de Werth, indem ſeinen Vorfahren ihr Stammhaus von den Staaten in Holland eingenommen, ſie auch wegen der gegen uns und dem hochlöblichen Haus Oeſterreich erzeigter Treu, und Beſtändigkeit und zu unſerer allein ſeligmachenden Religion des Catholiſchen Glaubens erwieſenen Eifer, und Inbrünſtigkeit halber von denen in Frießland gelegenen Haus, und Herrſchaften gewaltthätiger weiß vertrieben worden. . . & pag. 12. überdieß haben wir noch ferner aus wohl bedachtem Muth . . . ihm ſeit zuvor uhralt, anererbtes, adelich rittermeßiges Wappen nicht allein gnädiglich beſtättigt ꝛc. ꝛc.

* Nachdem des Königreichs Böhmen Hochanſehnliche Stände der Grafen, Herrn, und Ritter . . . Vornehmlich auch der Wohlgebohrne Herr Winand Hieronym. Raitz

tore * ſtupentibus, atque atteſtantibus, Nominis, Famae, Laudisque immortalitatem ſibi compararit. Quae heroicae virtutis ſpecimina compenſaturus Ferdinandus III Imperator ipſum WINANDUM HIERONYMUM RAITZ de FRENTZ ad S. R. I. Lib. Baronum dignitatem evexit.

Cum jam ea ſint Familiae tuae decora, tantusque ſplendor Nominis: nemo ſane mirabitur, quod Sereniſſimus Elector CAROLUS THEODORUS, Princeps vita immortali digniſſimus, uti meritorum Aeſtimator aequiſſimus, ita & Praemiator munificentiſſimus TE ſibi a cubiculis, ab intimis Conſiliis, & Satrapiae Bercheimenſi ſupremum Satrapam eſſe praefectum voluerit.

Vive

---

Raitz von Frentz Herr zu Schlenderen mit 8 Pferden ſich eingeſtellt, und ſeine Tapferkeit von Anfang bis zu Ende . . . zu Tag und Nacht bey denen Generalſtürmen . . . erwieſen . . . daß der Feind aus denen Schanzen, Thor, und Breſchen ab- und zurückgetrieben . . . welches ich dieſer vier hochadlicher Esquadronen commandirendes Haupt zu deſſen unſterblichen Ruhm, Ehr, und Lob bezeuge, und atteſtire

Actum Prag den 8ten Jan. 1649.

Heinrich Burggraf (L. S.) von Dona mppr.

* Eandem fortitudinis heroicae, in obſidione Pragenſi exhibitae, laudem teſtimoniis comprobant *Rudolphus Comes de Colloredo* de 5*ta* Jan. 1649 & *Innocentius Conti Romanus Baro Princeps de Poli* de 20*ma* Febr. ej. anni,

*Vive ergo diu ſoſpes* ILLUSTRISSIME AC PERQUAM GRATIOSE DOMINE! *TIBI, Tuis, Patriae vive, geminosque Filios Tuos, peramplae exſpectationis Ephebos, in ſpem Patriae, decus Familiae, & utilitatem Reipublicae accreſcentes intuere, beandus poſteritate ſemper Illuſtriore, cum immortalibus Proavorum meritis decertatura.*

*Me, Meosque fove, tuere, nec inauguralem hanc de lege Amortizationis in Patria vigente Diſſertationem juridicam Illuſtriſſimo Nomini TUO inſcriptam improbato.*

*ILLUSTRISSIMI, GENEROSISSIMI,*
*AC PERQUAM GRATIOSI DOMINI.*

*Servus ac Cliens devotiſſimus*
FERD. JOSEPH. IGNAT. SCHWEREN.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# DISSERTATIO
## INAUGURALIS JURIDICA
DE
# LEGE AMORTIZATIONIS
IN
## DUCATIBUS JULIAE, ET MONTIUM
VIGENTE.

### § I.
### INGRESSUS.

Salus Eccleſiae & Reipublicae tam arctis inter ſe innexa & implicata eſt vinculis, ut altera ſine altera ſubſiſtere haud valeat; ſummum invenit Majeſtas in iis, quae a Religione habet, fulcris praeſidium, & Sacerdotium pium & tutum habere debet refugium manſuetudinem Imperialem, atque ex Sacerdotii & Imperii concordia felicitas demum efflorescit perpetua. Haec ut



ob-

obtineatur, utraque Poteſtas ſecundum eadem quidem ſemper principia, ſed pro temporum circumſtantiarumque varietate diverſo procedit modo, ita, ut finis ſemper idem, ſed alia, ſaepius a priori, via obtineatur. Quid enim certius, quam modum, quem ſecuta hactenus eſt ſumma Poteſtas, optimum mutata rerum facie poſſe maximum procreare detrimentum? & vix quidquam tam ſanctum, tamque pium in Republica ut ſacra, ita profana, praeter fidem & dogmata exiſtit, quod per abuſus paulatim irrepentes non poſſit in ſiniſtram conditionem declinare. His ut obviam eant abuſibus, tantis ut medeantur malis Legislatores, novis mediis, legibus, ſanctionibus ſuccurrere, mala futura praevidere, imminentia avertere, omnique modo debent praecavere. Utraque ſuos intra limites juſto modo ſi agat Poteſtas, communi deſiderio, Statum abuſibus immunem intemeratumque conſervandi, aut efformandi, quantum poſſibile, fiet ſatis.

Chriſtus Dominus Eccleſiam ſuam in praejudicium Reipublicae cum certiſſime non fundarit: Eccleſia nunquam poterit urgere jura, aut facultates ſibi attribuere, ex quibus Reipublicae ruina promanat, nec leges politicas injuſtitiae arguet Poteſtas ſacra, quae factis obicem ponunt iis, quibuscum finis Reipublicae conſiſtere nequit; & cum Eccleſiaſtici commodis ſtatus civilis, & politici gaudeant, ampliſſimasque habeant poſſeſſiones: mala Reipublicae ipſos quoque maximopere adficiunt. Summa autem, independens, a Deo utraque cum ſit Poteſtas: altera alterius conſenſu in conſtituendis iis, quae ad finem ſuum neceſſario requiruntur, haud indiget. Vid. D. *Praeſidis* Diſſert. *de jure cavendi comprehenſo in jure circa ſacra.*

cra. Heidelb. 1775. § 2. Extenſione tamen quoad modum nimia ſiqua gravatam ſe ſentiat, querelas utique audiendas proponit alteri, & quaevis, quae ſuam ſunt intra ſphaeram, perficere adlaborat; imo eo adniti vi officii tenetur ſuperior alias obligationi ſuae nullatenus ſatisfacturus. Generalia haecce fundamenta, de quorum evidentia prudens moveri nequit dubium, recolenda eſſe exiſtimavi, ut planiori in pertractando themate liceret tramite uti.

Nolim juſtitiam legis Amortizationis in genere conſideratae in praeſens disquirere, certus, in hac materia facili ratione poſſe in alterutram peccari partem, odiumque in Corpora pia ratiociniorum figmentis facile tegi, & glaucoma objici poſſe; & meo quidem ſenſu in evolvendis circa legem Amortizationis quaeſtionibus extra oleas frequentius jam ſaltarunt Doctores, ita ut recentiores adeo, qui materiam hanc examinarunt, *Neubergerum*, & *Guſtium* vix a criſi, quod ulterius, ac debuiſſent, progreſſi ſint, liceat pronunciare immunes.

## § II.

## LEX AMORTIZATIONIS NON IN GENERE, SED RELATE AD TERRITORIA DEBET CONSIDERARI.

Status quaeſtionis formandus foret ſequens: An in caſu, quo Eccleſiis, piis Corporibus, aliisque, quibus Manus mortuae, quia nunquam emoriuntur, denominatio tribuitur, jamdum de ſufficientibus, condignis, imo ſuperfluis proviſum eſt bonis, jus eorum adquirendi,



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aut facultas in illa Corpora transferendi certis non poſſit circumſcribi limitibus?

De ſingulari ſemper quaeritur Territorio, cujus vires, facultates, relationem inter ejusmodi Corporum, & ſingulorum ſubditorum poſſeſſiones noſſe debet Imperans; & huic ſane, ſi poſt diligentem inquiſitionem in vires & nervum Territorii de bonis ſufficientibus proſpectum eſſe adſerat Manibus mortuis, utique credendum, nec ſine maximae temeritatis labe fides ſummo Principi in rebus, ad regimen ſuarum terrarum ſpectantibus, poterit denegari. Si in hac hypotheſi ſuis prohibeat ſubditis, ne bona in Manus mortuas alienent, nulla erit injuſtitia. Vivere de altari, neutiquam illimitatis acquiſitionibus nocere civibus debent ii, qui ſerviunt altari. Menti, Praecepto, Doctrinae Chriſti Domini, SS. Patrum, SS. Canonum, Spiritui Eccleſiae adverſaretur, quiscunque contrarium adſtrueret. Sit etenim, & bona tranſire ſuis cum oneribus ad Corpora perpetua, haec tamen eximuntur commercio, non impenduntur amplius familiarum ſuſtentationi; reditus, in translationibus bonorum qui ſolent percipi, decedunt, cum in Manus alienata mortuas non ſoleant porro transferri; & ſi adquiſitiones non poſſint circumſcribi limitibus, & ad conſenſum reſtringi Principis, imo prorſus prohiberi, annon bona Territorii plurima a perpetuis Corporibus adquirerentur? Haec etenim ſufficientibus jam, imo ſuperfluis gaudentia, ut ſupponit lex Amortizationis, bonis, ſingulis annis ſtatum patrimonii augent, pecuniam habent ſuperfluam non melius, quam in adquiſitiones bonorum collocandam, pereunt contra tot familiae civicae, praedia offeruntur frequentiſſime venalia; hinc per-

petua

petua cum ſint illa Corpora; caducae contra, variis viciſſitudinibus obnoxiae, nunc opulentae, nunc pauperes privatorum familiae, diviſiones praediorum paternorum inter liberos faciendae: perpetua erit Corporibus perpetuis adquirendi occaſio; & quis futurus erit, elapſo ſaeculo tantum uno, reliquorum civium ſtatus, illimitatam adquirendi facultatem, & vix unquam alienandi neceſſitatem Corporibus perpetuis eſſe ſi cogitemus? Sic conſtat, ex bonis civium ſolius civitatis Monacenſis longe ultra quinque milliones intra 50 annos ad Manus mortuas perveniſſe. Cramers Wetzl. Nebenſt. P. 50. p. 12.

Cultus divinus, cauſae piae ſunt utique objecta, quae ſummis Imperantibus maximopere curae, & cordi eſſe debent; aſt ſtatus quaeſtionis jam ſupponit ſufficienter eſſe proſpectum, nec cultus eſſe poteſt Deo gratus, aut cauſae illae piae, queis ſubſiſtentibus ruina Reipublicae promoveretur. Utantur Corpora perpetua pari cum reliquis civibus jure; ſed quemadmodum civis gaudere nequit jure Reipublicae nocuo: ſic nec id ipſum perpetuis Corporibus venit indulgendum. Ex aemulatione, ex ſpiritu perverſo, ex cauſa injuſta jus adquirendi auferre, iis in caſibus, ubi ſufficienter proſpectum nondum eſt, reſtringere, utique foret illicitum; quod autem utilitas publica, ſalus civitatis vere exigit, turpe, aut illicitum eſſe nequit; neque datur in Republica teſtamenti factio civitati noxia, neque facultas vendendi Statui nociva, cum libertati ad felicitatem externam obtinendam renunciarit, quisquis in Republica conſtitutus eſt. Si poſſit renunciare portioni legitimae is, cui aliunde ſufficienter proviſum, ſi in fideicommiſſis non habeatur exacta legitimae ratio, ſi Corpora pia ſufficiant ſuſten-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tationi membrorum ſuorum, cur non poterit urgeri per leges, ne & legitima, quae alias Corpus perpetuum ingreſſo deberetur, perveniat ad Manus mortuas? potiſſimum cum legitimam impendere in ſuſtentationem illius, qui Corpus pium ingreditur, neceſſe non ſit.

## § III.
## LEGIS AMORTIZATIONIS FREQUENTIA.

Cauſas fovere pias, de ſufficientibus bonis proſpicere iisdem, quovis modo hunc finem promovere, æquiſſimum ſane eſt, maximeque ſuadendum; & illuc quoque antiquiores fundationes collimant, illuc tendunt tot privilegia, & exemtiones, tot conſtitutiones ſaluberrimae, & qua potiſſimum ratione magnae pervenerint ad Eccleſiaſticos divitiae, disquiritur ab Illuſtr. de Buat in Tr. *Origines, ou l' ancien Gouvernement de la France, de l' Allemagne, & de l' Italie. P. I. L. 5. C. 5.* Modum autem adquiſitionibus & ponendum & poſitum fuiſſe jam olim, ſatis liquet. Animus tamen mihi non eſt, ex antiquis conſtitutionibus Romanorum in Codice, aut Francorum in Capitularibus huc, quae poſſem, afferre, ſed recentiores potiſſimum diſpiciamus leges, quae tamen, quantum Germaniam noſtram attinet, adeo novae, ut plures ſibi perſuadent, non ſunt, nec ſunt opus ſolorum Germaniae Territoriorum, cum vix non omnia Catholicae religionis Regna ſimilibus gaudeant legibus. Refert Illuſtr. Kreittmayr ad Cod. Civ. Bav. P. 2. p. 411. legem Amortizationis vigere in Gallia, Hiſpania, Portugallia, Regno Neapolitano, in Sicilia, Sabaudia, & apud Venetos, nec non in omnibus terris Auſtriacis, ſicque notiſſimam Statuum Catholicorum praxin legis Amortizationis juſtitiam & utilitatem vindicare adſerit. Re-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Remoto ſatis a noſtris temporibus aevo legem Amortizationis jam jam ſtatutam reperire licet in Germaniae diſtrictibus, & adquirendi facultatem reſtrictam eſſe ab iis, de quibus ejusmodi conſtitutiones vix fuiſſem ſuſpicatus. Anno 1240. CUNRADUS de *Stralenberg* legem Amortizationis ſtatuit contra Monaſterium *Schonaugienſe*, ita, ut in Terminis villae *Schriesheim*, cujus Advocati fuerant *Stralenbergii*, Eccleſiae *Schonaugienſi* non licuerit ſine *Stralenbergiorum* licentia bona adquirere. Codex diplomaticus Monaſterii *Schonaugienſis* ap. de GUDENUS Syllog. var. Dipl. p. 195. fidem facit in verbis: *Fratres quoque ejusdem Eccleſiae firmiter promiſerunt, quod de caetero nulla bona in Schriesheim vel emptione vel concambio ſine mea vel haeredum meorum licentia vel conſenſu debeant comparare.* Chartae contextus comprobat, rationem hujus prohibitionis non fuiſſe immunitatem fors ſuis bonis a Monaſterio tum temporis adſertam, ſed prohibitionem, etſi de bonis praeſtare debuerit, & voluerit onera, nihilominus ſubſtitiſſe. Plura deſuper occurrunt in D. Præſidis *Anallectis* STRALENBERGENSIBUS in Tom. IV. Hiſtor. Acad. ſcient. Theodoro-Palat. Non dubito, plures exiſtere ejusmodi diſpoſitiones ab Advocatis aut aliis Dynaſtis in conſervationem jurium & ſubditorum ſuorum factas eſſe; unicum interea ſufficiat hocce Saeculi XIII exemplum, ut inde Amortizationem illi aevo, exiguarum adeo poſſeſſionum Dominis non incognitam, & a viris religioſis approbatam fuiſſe conſtet. Sequioris aetatis plura exempla refert HELLFELD in repertorio voce: *Amortization.* Sic Saeculo XIV. Civitati *Ulmenſi* An. 1300. *Auguſtanae* An. 1306. circa Amortizationem conceſſit privilegia ALBERTUS I. Similes conceſſiones obtinuit civitas *Gelnhauſen* An. 1333. *Eslinga* An. 1345. a LUDOVICO IV *Bavaro.*

*Fran-*

*Francofurtum* a CAROLO IV. An. 1376. Vid. MOSER t. St. R. Tom. IV. pag. 62. In Statutis, & Concordatis *Colonienſibus* extant Capitula hoc inſcripta Titulo: Dieß ſind die alte Geſätze unſrer Vorfahrer, zu verhüten, daß die weltliche Erbe in die geiſtliche Hände nicht kommen, noch verbleiben ſollen. 1385. Cramers Wetzl. N. St. P. 43. p. 41.

Pro terris *Moguntinis* data eſt lex Amortizationis in annis 1574. 1615. 1660. 1746. & 1772.

Alienationes ad Manus mortuas in terris *Trevirenſibus* ab An. 1655 reſtrictae ſunt ſaepius.

In terris *Colonienſibus* praeter leges antiquiores notiſſima eſt lex CAROLI VI. Imperatoris de An. 1726. proque terris *Weſtphalicis* Electoratus Colonienſis viget Edictum de An. 1727. Inſecutae ſunt noviores declarationes de Annis 1729 & 1733. Vid. **Moſer von der Landshoheit im geiſtlichen** p. 306. & ſeqq.

Legem Amortizationis *Wirceburgenſem* de An. 1720 adfert in extenſo **Cramer in Wetzl. N. St.** P. 10. p. 122.

In terris *Paderbornenſibus* Edictum Caeſareum hac de re viget de An. 1729.

Pro terris haereditariis *Auſtriacis* Auguſtiſſima MARIA THERESIA in vim Pragmaticae perpetuae legem Amortizationis ſtatuit die 26 Auguſti 1771 quam in extenſo legere eſt in **Cramers Wetzl. N. St.** P. 117. pag. 110. ſeqq. in qua ad antiquiora Statuta de Annis

nis

nis 1340, 1526, & potiſſimum Ordinationes Ferdinandi & Caroli VI. provocat.

Legem Amortizationis in terris *Bavaricis* exiſtere de Annis 1550. 1666. 1672. 1701. 1730. 1756. 1762. diſcimus ex Kreittmayr ad *Cod. Civ. Bav.* p. 2143 ſeq.

Noviſſimam legem Bavaricam de hoc objecto de 13 Octobr. 1764 refert ſingulis verbis Cramer in Wetzl N. St. P. 50. p. 2. ſeqq. Quam legem Ordinationes de Annis 1765 & 1769 declararunt. Plures circa prohibitam alienationem ad Manus mortuas Conſtitutiones adducere ſuperſedeo, contentus, antiquiſſimas, & noviſſimas Eccleſiaſticorum & ſaecularium Principum leges conſpirare, & ſummos Germaniae Praeſules ſe ſe Patriae quoque Patres in creberrimis Edictis ſuis commonſtraſſe, imo ſaecularibus Principibus praebuiſſe exemplum.

## § IV.

## LEX AMORTIZATIONIS PALATINA.

Ad domeſtica, fidem adſerti ut faciam, convertor. Edictum Amortizationis Sereniſſimi Caroli Philippi pro terris *Palatinis* latum, quod ad calcem Diſſertationi ſubjicio, in ingreſſu adſerit, ſimile Edictum *Moguntinum* de 5ta Aprilis 1737 permoviſſe Sereniſſimum Electorem, pro ſuis terris ut idem ſtatueret 7ma Maji ej. an. Subjungere placuit hujus Edicti Declarationem de 3tia Martii 1764, in qua immortalis Carolus Theodorus & ſuis ſubditis ad ingreſſum in Monaſteria, quae, quamvis in Palatinatu ſita non ſint, bona in Palatinatu tamen poſſident, adſpirantibus, ut optimus Patriae Pater ſapientiſſi-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

me proſpicit, & *primo* quidem renovantur Edicta antiquiora, atque ſub poena confiſcationis alienatio bonorum civicorum immobilium in Manus mortuas prohibetur. 2do determinatur, dotem, quam Candidatis Monaſteria ingredientibus adferre licet, non poſſe excedere ſummam mille florenorum; 3tio nec ultra quingentos florenos in veſtimenta, convivia &c. eſſe impendendos; ſique 4to vel ſtipulando vel acceptando, aut per teſtamentum, donationem, ullumve actum inter vivos, aut mortis cauſa majorem ſummam adquirere intendat Monaſterium: poenae confiſcationis dos, & omnia illata ſubjiciuntur.

In caſu quoque *Inteſtati* 5to non ultra 1500 florenos perveniat ad Monaſterium, & reliquam ſubſtantiam reſpective haeredes ab inteſtato, reſpective his deficientibus capiat Fiſcus.

Ordinat Sereniſſimus Legislator 6to, ut ſummam 1500 tantum ab opulentis accipere liceat; ſiquis autem vel non opulentus, vel ſi parentes multorum liberorum educatione onuſti: minor tantummodo ſumma permittitur.

Inculcatur Monaſteriis 7mo, ut ſubditos Palatinos praeferant in admiſſione extraneis, ſanctaeque vocationis effectum indulgeant facili ratione, quin intentio ſecundaria in bona temporalia aditum reddat difficilem.

Determinatur 8vo, quinam nomine opulentorum comprehendantur, ſtatuiturque, reſpiciendum eſſe ad dimidium portionis legitimae Candidato Monaſterii obvenientis, ita, ut ſi legitima non adæquet tria millia florenorum, 1500 accipere Monaſterio fas non ſit.

Cle-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Clementiſſimus Legislator vult 9no, ut innoteſcat Monaſteriis, quae ampliora in Palatinatu bona poſſident, fiducia Electoralis, fore, ut Monaſteria, quae Sereniſſimis Palatinis vel fundationem, vel reſtitutionem, vel protectionem territorialem in acceptis referunt, huic aequiſſimo ſatisfaciant deſiderio, ut ipſis Monaſteriis protectionem ſuam territorialem clementiſſime & impoſterum impertiatur.

Ordinatur 10mo, ut ſubditis *Palatinis* in ſcientias ſuperiores incumbentibus clementiſſimae hujus Conſtitutionis tribuatur eum in finem notitia, ne Monaſteria defectum Candidatorum Palatinorum poſſint obtendere.

## § V.

## LEX AMORTIZATIONIS JULIO-MONTENSIS.

Quae in ſpecie Pro Ducatibus Juliae & Montium emanavit lex Amortizationis, plura & magis ſpecifica continet capita. Haec jam nunc percurramus, notas hinc inde adſperſuri.

Edictum circa Amortizationem potiſſimum pro hisce terris eſt de 5ta Sept. 1755, cujus tenorem ex integro ad finem Diſſertationis exhibeo juncta Declaratione de 4ta Junii 1766.

Saluberrimi hujus Edicti principium provocat ad Ordinationes antiquiores, vi quarum bona haereditaria, reditus perpetui, decimae laicales ad Manus mortuas transferri non poſſunt, & in ſpecie allegantur Conſtitutio de Anno 1523, Statuta provincialia Cap. 93 §. da aber ꝛc. verſ. wie ingleichen ꝛc. Ad innovationes de Annis 1609.

 1675.

1675. 1681. 1706. 1708. 1730. 1733. 1737. provocatur. Recenſetur porro, innovatas fuiſſe has Conſtitutiones a Glorioſiſſimo Legislatore Menſe Febr. An. 1743. Maj. 1747. Apr. 1748. & nihilominus vix unquam ſaluberrimas haſce leges obſervatas fuiſſe, non ſine indignatione conqueritur Sereniſſimus Legislator, adſeritque, variis ſub praetextibus has Ordinationes fuiſſe violatas.

Nolim, quae cuivis violationes indignanti, & Clementiam admiranti occurrere debent, hic ſubjungere meditationes; potius adnoto, quod, quamvis regulariter vox: **Erbgüter**, denotet bona avita, & ſtemmatica, in ſubſtrato tamen ampliorem habeat ſignificatum. VOETZ *in Tract. de Jure Revol.* C. IV. n. 4. jam adſerit: *aliquando etiam bona immobilia pro materia ſubjecta, & reſpectu bonorum mobilium, quibus opponuntur, vocantur* **Erb und Erbzahl, Erbſchaft, Erbgüter**; cumque in materia Amortizationis immobilia mobilibus opponantur: Cap. 93. Statuti eo certius hanc ſignificationem urget, cum per ſubſequentes Ordinationes hic ſenſus intendatur, & ſic interpretatio fiat authentica, rationisque identitas fortiſſimum pro hoc ſignificatu faciat argumentum. Legatur Edicti noſtri ingreſſus, & ratio, quae movit Legislatores, tam bona ſtemmatica, quam omnia immobilia complectitur, ſicque generaliter erit ſtatuendum; cumque Edicti § IV deneget adeo praeſcriptionem poſt annum 1609 complendam: dubium non remanebit, deciſionem in Statuto provinciali de omnibus immobilibus, ſint ſtemmatica, vel non, eſſe generalem. Quod ſub nomine immobilium tam illa, quae natura, quam quae juris intellectu talia ſunt, hic comprehendantur: non facile quisquam negarit, potiſſimum cum Declaratio de 4ta Junii 1766 dicat:

lie=

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

liegende Güter, oder in gleicher Weſenheit geeignete Renten, Gülten oder andere ſtänd= oder unſtändige Gefälle.

Quae ſub nomine Manus mortuae veniant Corpora, Prooemium ſufficienter declarat, atque Illuſtris de Buininck, vir non tantum de Patria ſua, ſed de Republica litteraria univerſa optime meritus, in Samml. merkw. Rechtshändel T. III. Spec. 19. praeclariſſime commonſtravit, Celſiſſimum Ordinem teutonicum & hoc Edicto ita comprehendi, ut ejusdem adquiſitiones Amortizationi quoque ſubjaceant; & quae ex Celſiſſimi hujus Ordinis privilegiis obmoveri poſſent, ita refutavit, ut in Celeberrimi hujus Authoris verba, & rationum pondera jurare liceat, ſolidiſſimae, ſubtiliſſimaeque criſi victas dare manus debeat quiscunque adverſarius. Momentorum gravitas ad alia quoque pia Corpora ſimilibus privilegiis ornata eadem ratione poterit applicari.

Notandum porro venit, legem Amortizationis non tantum Monaſteriis in Territorio ſitis eſſe ſcriptam, ſed etiam ad Corpora pia forenſia eſſe extendendam; haec Malex enim eſt proprie prohibitio facta ſubditis, ne in Manus mortuas alienent; eadem contra forenſia militat ratio, quae adverſatur Monaſteriis in Territorio ſitis, imo in ejusmodi cauſis, quae civibus ſunt noxiae, minorem forenſes, quam Territorii incolae, & ſubditi merentur favorem. Declaratio quoque Edicti citata Celſiſſimorum Ordinum Teutonici, & Melitenſis mentionem injicit expreſſam.

Contra vero non tantum ſubditus, ſed & forenſis retractum immobilium in Manus mortuas alienatorum,

 caete-

caeteris paribus, exercere poteſt; finis enim Edicti Amortizationis eodem modo, ſive laicus indigena, ſive forenſis retrahat, obtinetur, & forenſis adquirendo bona eo ipſo ratione rei ſitae ſit ſubditus, ſicque in judicio aulico Colonienſi pronunciatum fuiſſe in Cauſa Abbatiae DEUTZ contra SPICKERMANN docent Wetzl. N. St. P. 43. p. 41. ſq.

## § VI.

## DE FEUDI CONSOLIDATIONE.

Omnis cujuscunque boni immobilis, ſub qualicunque nomine veniat, alienatio in Manus mortuas cum per § I. Edicti prohibeatur: concluditur & inde, in caſu conſolidationis Dominium utile non poſſe adquiri a Monaſterio, quod feudi conſolidandi Dominium directum habet. Sola Edicti generalitas hujus adſerti veritatem jam comprobat, cum nullus titulus Dominii translativus ſive oneroſus, ſive lucrativus in ordine ad obtinenda immobilia toleretur; cum itaque quaeſtio ſit de acquirendo Dominio utili rei immobilis: lex Amortizationis obſtat conſolidationi. Notum porro eſt, plurima, quae competunt Monaſteriis feuda, eſſe oblata, & pro natura feudorum Monaſteriis oblatorum militare praeſumptionem; in feudis oblatis autem proprie loquendo ſolum transfertur Dominium directum, retento Dominio utili, aut ſaltem reſervata utilis Dominii offerenti intra breve tempus facienda reſtitutione. Sit enim, litteras feudales, quibus feuda offeruntur, loqui de translatione ſimpliciter facta ſine reſervatione Dominii. Sit, Dominium quoque utile una cum directo per annum, aut per aliud exigui temporis ſpatium manſiſſe penes Dominum directum; verum tamen eſt, conſenſum offerentis, & acceptantis in retentionem, aut, ſi mavis

mavis, reſtitutionem Dominii utilis antecedenter eſſe poſitum, ita, ut intentio neque Domini directi, neque Vaſalli fuerit, Dominium quoque utile retinere, & reſpective relinquere velle; exiguum unius Anni v. g. tempus relatum ad annos, & ſaepius ad ſaecula, per quae Dominium utile in manibus laicorum fuit, non poteſt attendi, ut inde contra Amortizationem poſſit duci argumentum. Nonne ſaepius Curtes cum Silvis, Agris, Mancipiis &c. in Monaſteria translatae ſunt, ita, ut Dominium quidem directum, nunquam autem utile ad ipſa pervenerit, conſequenter etiam ejusmodi Dominium utile, quod ſemper in manibus laicorum fuit, in ordine ad legem Amortizationis bonis ſaecularibus, & praetenſa conſolidatio adquiſitionibus prohibitis debet accenſeri. Bona ſi ſint laicis in feudum dari ſolita: eo ipſo ſicut inveſtiendi ſimpliciter, ſic & laicos inveſtiendi neceſſitas in feudis datis exiſtit eo certius, quo minus feudorum, & ſucceſſionis in eadem perſonae Eccleſiaſticae ſunt capaces; & cur non poſſet adſeri, concurrente potiſſimum temporis diuturnitate Dominium utile fuiſſe quodammodo ſaeculariſatum, aut ſaltem legitimo modo in laicos alienatum, ita, ut nova vere ſubſit adquiſitio, ſi Dominium utile ſibi velit attribuere Corpus perpetuum?

Bona eccleſiaſtica ſunt, quae eccleſiaſticam habent fundationem, aut prout alii malunt, quae Eccleſiaſticum ſub qualitate Eccleſiaſtici Dominum habent: inferre licet itaque, Dominium utile bonis eccleſiaſticis in caſu noſtro non eſſe adnumerandum; eadem quoque ratio in bonis emphyteuticis aliisque ſimilibus obtinet, ita, ut Dominium utile vel ſub priori, vel alio titulo Dominii translativo laicis veniat tribuendum. Clariſſime ſic diſponit Edictum

decla-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

declaratorium pro Ducatibus Juliae & Montium de anno 1766. § 2. in verbis: Gleichwie zweytens die in geiſtlichen Händen beruhende Lehn- Kurmodial- und Laet- oder ſonſt nennende derley Güter eben wohl unter die Gattung deren immobilien ſortiren, worüber in vorigen Edicten allbereits denen Weltlichen der Retract zugedacht iſt, alſo zwar daß bey denen in ältern, oder jüngern Zeiten von Klöſtern, und ſonſt geiſtlichen Gemeinden, auch ritterlichen deutſch- und Maltheſer Ordens Kommenturyen an Weltliche zu Lehn, oder Erbpfacht begebenen, oder zu ihren Hofbänken verpflichteten Gütern unbenommen ſeyn möge, ſelbige in Fällen, wo etwa das releviren, oder die Zahlung des Canonis unterlaſſen, durch dieſerthalb gehörig auftragende Caducitäts Proceſſen ruckzuziehen: jedennoch, wo dergleichen Güter als verwirkt durch Urtheil, und Recht erkannt oder ſonſt ruckfällig würden, ermeldten Corporibus das Dominium utile cum directo wiederum zu conſolidiren, oder durch andere Wege in todte Händ zu bringen, keineswegs erlaubt ſeye, ſondern die caducirt, oder heimgefallene Gut-Stücker allemal eodem, vel alio titulo Dominii translativo an weltliche Hände ſub Poena Confiſcationis hinwieder begeben werden ſollen.

Neceſſaria eſt, ne bona perveniant in Manus mortuas, haec diſpoſitio; ſi enim Conſolidatio Dominii in feudis, emphyteuſibus, aliisque ejusmodi contractibus permitteretur: ſucceſſu temporis in omnibus ſuis bonis feudalibus & ſimilibus Dominium utile ſibi appropriarent Corpora perpetua, ſicque finis legis Amortizationis eluderetur.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jura porro Dominii directi ſtante hac diſpoſitione manent in ſalvo, cum beneficiis ex natura feudi, emphytheuſeos &c. competentibus circa novam Dominii utilis translationem in alios uti poſſint Corpora perpetua, adeoque etiam pretium, quod in ejusmodi translationibus intervenire ſolet, lucrentur. Sola eſt, ut de novo concedantur, ut laicis praeciſe concedantur, reſtrictio; per hanc neceſſitatem autem ſtatus Corporum perpetuorum non redditur deterior, manet enim iis omne, quod habuere antecedenter, ergo non laeduntur. In novos transferunt poſſeſſores Dominium utile, ergo jura Dominis directis competentia exercent. Determinatio transferendi in laicos eſt reſtrictio in bonum publici: & quicunque in civitate commorantur, infinitis ſubjacent actionum alias liberarum in finem Reipublicae determinationibus a ſuperiore praeceptis; hinc non eſt, quod conquerantur Corpora perpetua. Quot non facile occurrunt cuivis Exempla, ubi translationes debent praeciſe fieri in perſonas certae qualitatis v.g. in Nobiles, in indigenas, in perſonas hujus Religionis, militares &c. quidni laicis ejusmodi favor intuitu eccleſiaſticorum, cum ſubverſetur ſalus patriae, competat? praecipue cum Corporibus perpetuis nihil inde decedat. Exceptionem facit Edictum declaratorium intuitu bonorum ad primaevam fundationem pertinentium.

## § VII.

## PACTA DE RETROVENDENDO, ANTICHRETICA &c.

Ne, ſalvis verbis legis, ſententia ejus poſſit circumveniri, §phi II & III Edicti nulla irritaque declarant pacta de retrovendendo, antichretica, alioſque contractus difficilibus & ſaepe impoſſibilibus conditionibus munitos,

 per

per quos retractus laicorum impeditur; diſtinguit porro Sereniſſimus Legislator inter contractus ejusmodi ante hujus Edicti promulgationem initos, & poſt eandem celebrandos; in primi generis licitus ſit laicis retractus, praeſtito emptionis, vel pignoris pretio, refuſisque impenſis neceſſariis & utilibus.

Clementiſſimam admiror Conſtitutionem, cum & in caſu Edictum hoc antecedente in vim legum antiquarum jam durior procedendi ratio locum habere potuiſſet; nil enim ſunt caſus, de quibus loquuntur §phi II & III, niſi fraus legis, adeoque diſpoſitio legis, cui fraus fieri intenditur, locum habet, ita, ut nequidem refuſio pretii Corporibus piis facienda, ſed confiſcatio ejusdem obtinere poſſet. Alia longe ratione procedi ſolet, ſi bona alienentur Nobilitatis immediatae in Manus extraneas. Vid. deſuper D. PRAESIDIS *Meditationes de jure Nobilitatis Imperii immediatae exigendi Steuras in Feudis reverſis:* anno 1775. § V.

Jus deponendi pretium, & qui inde promanant, juris effectus in caſu praeſtandi pretii poſitis terminis habilibus hic ſubintrare nemo dubitat.

Quamvis porro impenſarum amiſſione contra legem adquirentes ut malae fidei poſſeſſores puniri poſſent: indulgentiſſimus tamen Legislator vult, neceſſariarum, & utilium refuſionem a retrahente eſſe faciendam; hinc ſequitur primo, jus quoque retinendi, donec quaeſtio de neceſſitate & utilitate impenſarum deciſa ſit, competere Corporibus perpetuis juxta tritam juris regulam: *illi, cui competit jus, exigendi impenſas, jus quoque retinendi, donec*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*nec ſatisfactum, competit*; potiſſimum cum hae impenſae ſint pars ipſius rei, in quam factae. Neceſſariae & utiles autem non ſunt, niſi ſecundum pretium pro tempore retractus verum refundendae, ita, ut, ſi eo tempore, ubi retractus exercetur, non tantopere valeant, quam ubi factae ſunt, reſpiciatur tempus retractus; ſi enim Domini manſiſſent Corpora perpetua, etiam non plus in re per illas impenſas haberent. Quod ad utiles adtinet, ſi plus ſit impenſum, quam melioratum, reſtituitur melioratum. Si plus melioratum, quam impenſum, refunditur impenſum, quia in primo caſu pro quantitate meliorationis tantum pervenit ad retrahentem, Corpusque pium ſibi imputare debet, tales quod fecerit impenſas; in ſecundo autem caſu melioratum ex ipſa re, ejusque natura & ſubſtantia oritur, hinc illius refuſionem urgere nequit Corpus perpetuum, cum tantum pro quantitate impenſi tempore retractus exiſtentis, certet de damno vitando.

Si impenſae porro ſint tantum reſpectu Corporis perpetui hactenus poſſidentis utiles: illarum reſpective nulla, reſpective minor relate ad retrahentem, & ſuae conditionis perſonas, habenda erit ratio.

Si pretium juſto majus ad evitandum retractum a Corpore perpetuo fuerit ſolutum, ſalva poena confiſcationis, aequus valor jurata, judicialique taxatione eſt pro retractu determinandus, ſic ſtatuente § VI.

Poſt Edicti publicationem ſi pacta antichretica vel de retrovendendo celebrentur: & praedii & pretii confiſcatio in §pho 3tio poenae loco dictatur, ita, ut ſub nullo titulo repetitioni judiciali locus concedatur.

## § VIII.
## PROCESSUS CIRCA CONFISCATIONEM, ET RETRACTUM.

De proceſſibus confiſcationis ab Advocato Fiſci ſuſcitandis ſtatuit § IV Edicti, intuitu adquiſitionum inde ab anno 1609 factarum praeſcriptioni locum non amplius eſſe; interim tamen in ordine ad confiſcationem reſpiciendum eſſe, donec aliter ſtatutum fuerit, terminum 6tae Februarii anni 1743, ita, ut *prae aliis* bona, quae ab hoc termino in Manus pervenere mortuas, Fiſco veniant adjudicanda; ſalvatur tamen, reſervaturque expreſſe jus Fiſco quaeſitum etiam intuitu aliorum bonorum, quae priori & hoc ſaeculo potiſſimum ab anno 1609 ad Manus mortuas pervenerunt.

Patet primo, terminum ad interim, & ſalvo jure Fiſci ſtatutum intuitu confiſcationum neutiquam eſſe quoque ſtatutum intuitu retractus, imo cum ob malam detinentium fidem anno prioris ſaeculi 9no praeſcriptio denegetur, omne evaneſcit hac de re dubium, ſed retractui locus erat concedendus.

Nec videtur poſſe ſuppleri Conſenſus Domini territorialis, ita, ut v. g. Monaſterium, quod contra Edictum adquiſivit, per conſenſum ex poſt obtinendum poſſeſſionem ſuam tueri poſſit; expreſſe etenim Sereniſſimus Legislator declarat: **Wir bewahren uns dagegen andurch ganz ausdrücklich, daß wir mit dieſer unſerer gnädigſten Erklärung** (termini de anno 1743) **unſerm** Aerario Fiſci **das aus den vorherigen** Contraventionen **etwa zukommende** jus quaeſitum **nicht benehmen wollen, ſondern es**

ſolle

ſolle vielmehr uns, und unſern hohen Nachfolgern immerhin bevorbleiben, auch jene Güter zu ſeiner Zeit in eine fiſcaliſche Anſprache nehmen zu laßen, welche in vorig- und jetzigem Saeculo, und beſonders von dem Jahr 1609 bis zu den jüngern Zeiten von den milden Stiftungen acquiriret worden ſind.

Quippe per hoc, quod contra legem prohibitivam adquiſiverint Manus mortuae, jus retrahendi laicis, jus ad confiſcationem Fiſco quaeſitum eſt, neutri amplius auferendum; lex Amortizationis non reſervat conſenſum ex poſt ſupplendum, non eſt conditionata; e contra jus laicorum, & Fiſci purum, nec poſſet hicce conſenſus ex poſt datus attendi ut gratia, cum haec, ſi jus alteri quaeſitum auferatur, locum non habeat; hinc Clauſula Edicti in §pho X, ubi eximuntur bona alienata, wegen welchen die Landesherrliche confirmation erhalten worden, alium vix habet ſenſum, niſi ubi antecedenter ad adquiſitionem conſenſus Domini territorialis fuit impetratus; de terris *Wirceburgenſibus*, in quibus lex Amortizationis obtinet, teſtatur hac de re Excelſum Regimen in Wetzl. N. St. Part. 10. p. 129. daß in dem ganzen Hochſtift den Klöſtern weder in licitations, noch andern Fällen einige liegende Güter ohne vorhero impetrirten Landesherrlichen conſens an ſich zu kaufen erlaubt ſeye, ſondern daß ſolches ihnen Kraft deren vor mehr als 100 Jahren ergangenen und bishero mehrmal erneuerten Hochfürſtlichen Landsverordnungen, den Klöſtern, und milden Stiftungen verbothen, und dergleichen anmaßlich unternommene Kaufhandlungen allerdings null, und nichtig ſeyen.

Si hoc aliis in terris, ubi reſervatio, qualem ſupra audivimus, facta non eſt, locum habeat: quidni conſenſum praeciſe debere praecedere, & neutiquam poſſe adquiſitionem ſubſequi contendamus, ubi Sereniſſimus Legislator ſpecialiter jus quaeſitum reſervat Fiſco?

Valor actus nequit ſuppleri, ſi ejusdem celebrati nullitas aliis tribuit jus quaeſitum. Quis contenderet, teſtamentum ex defectu ſolennitatum, aut inhabilitate teſtatoris nullum poſſe per diſpenſationem ſubſequentem validari in praejudicium haeredis ab inteſtato?

Si itaque facultatem diſpenſandi clementiſſimus Legislator ſibi quoque in fine §phi X reſervat, omnia optime conveniunt, ſi illam in caſu ſpecifico de diſpenſatione, & conſenſu adquiſitionem antecedente intelligamus, neutiquam autem ſubſequenti locum concedamus.

Per ſe in aprico eſt, quam parum ſint ſecura in adquiſitionibus ſuis conſervandis Corpora perpetua, etiamſi per longiſſimum tempus illas poſſideant; cumque lex Amortizationis boni publici cauſa lata eſt: hoc non obtinetur, niſi exactiſſima ejusdem obſervantia urgeatur, recte monente Cramero Wetzl. N. St. P. 43. p. 54, quam obſervantiam nimii, quibus ſaepiſſime Advocatus Fiſci undequaque obruitur, labores facili ratione impedire poſſunt.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## § IX.

## CONCEDITUR RETRACTUS OMNIBUS SUBDITIS LAICIS, SI NON RETRAHANT COGNATI.

Lex in favorem laicorum lata commodum quoque derivare intendit in omnes, ita tamen, ut cognatis venditoris vel alienantis potius jus in ordine ad retrahendum competat in vim §§ V. VI. & VII.

Nulla hic quaeſtio eſſe poteſt de jure retrahendi, agnatis competente, ad fatale Statutarium reſtringendo, cum Edictum expreſſe terminum jam ab anno 1609 ſtatuat, & in §pho 5to dicat: ſowohl für die verfloſſene als auch für die jetzige, und künftige Zeiten: hinc cognatus retractum intendens, quandocunque audiendus, ſed quamprimum non cognatus retractum exercere intendit, ſi jus urgere potius velit cognatus, id utique intra terminum legitimum declarare erit neceſſarium, cum Edictum Amortizationis extraneos non intendat reddere deterioris conditionis intuitu retractus e Manibus mortuis faciendi, quam in alio retractu ſecundum Statuta Patriae competenti; nulla enim vel a longinquo pro jure cognatis contra alios laicos illimitato competente ratio in caſu Edicti poteſt adferri, ergo jura communia manent hic in ſalvo.

Deficientibus cognatis aliorum laicorum intentio eſt fundata; ſique plures ſint, quorum quivis retrahere optat, ſubhaſtationi publicae exponendum eſſe praedium ſtatuitur.

Sed

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sed quaeſtio moveri poteſt controverſa: An, ſi non cognatus, extraneae familiae perſona, in actione ex Edicto revocatoria contra Corpus perpetuum ſuccubuerit, novo venienti actori exceptio rei judicatae poſſit obmoveri?

A limine judicii repellendus videri poſſet actor, quia fundamenta, quae victoriam pepererunt contra primum actorem monaſterio, id ipſum eadem ratione tuebuntur contra omnes, adeoque vix ſine nota calumniae nova actione poſſet pulſari. Urgeri poſſet porro, ſi ſecundo actori denuo agere permitteretur, Corpora perpetua nunquam eſſe ſuis in poſſeſſionibus tuta, neque unquam fore litium finem.

Audiendum autem eſſe novum actorem, evincere videtur axioma juris, *rem inter alios actam tertio non praejudicare*, actionem hanc ex Edicto eſſe popularem, inſcitiam, negligentiamque primi actoris non poſſe nocere aliis, qui ulteriores probationes adducere poſſunt, intentionem Legislatoris eſſe, favere omnibus, quae ſaluberrima intentio unius, aut ignorantis aut malevoli proceſſu male geſto poſſet in perniciem omnium fruſtrari; de litium fine non eſſe deſperandum, cum contra ditiſſima Corpora, quorum ſingulis membris per ſumtus proceſſuum nihil decedit, privatus agere, deque ſuo patrimonio ſumtus ſubminiſtrare, condemnationem in expenſas, imo poenam pro re nata pertimeſcere debeat.

His penſitatis ſi non ſit omnis circa Amortizationem diſpoſitio ſuo fruſtranda effectu: non ſatis poteſt inculcari, ſummopere eſſe evitandum, ne laicus hac lege uti

volens

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

volens ſumtuoſo, difficili & amplo involvatur proceſſu, cum alias exiguo, quod ex retractu ſperat, commodo, per aleam inſuper proceſſus incerto, quivis prudens renunciet. Proſpexit quoque quoad hoc Sereniſſimus Legislator in §pho 15to Edicti, ſanciendo, in *Celſiſſimo Concilio intimo* & conceſſis tantummodo duabus poſitionibus hoſce proceſſus eſſe pertractandos, ita, ut omnibus aliis judicibus, judiciisque in hisce cauſis cognitio ſit interdicta, & ſic in ſummo Patriae Collegio in prima inſtantia modo ſummario debeant abſolvi cauſae, quae omnium ſalutem reſpiciunt.

Competens ex Edicto Amortizationis actio cum ſit ſpecies *actionis popularis*, quae ſcilicet cuilibet ex populo datur, ad illa, quae jus populi, vel cauſam omnium communem ſpectant, tuenda: judex quoque ex officio procedat, prout idipſum praxis in aliis actionibus popularibus urget. Optimum autem erit, petere a Corporibus perpetuis documentorum, quibus ſe in poſſeſſione praediorum tueri poſſunt, editionem. Atque ad haecce edenda omnino adſtringi poſſunt Corpora perpetua; concurrunt enim omnia, quae ad hoc, ut injungi poſſit editio, requiruntur. 1) Veritas enim aliter haberi nequit, niſi cognoſcatur, quo tempore, & an §pho X Edicti recenſitis ſub requiſitis obtinuerint praedia; id quod ex documentis uno obtutu innoteſcit. 2) Cauſa actoris eſt favorabilis: loquuntur idipſum Edicta, & omnis ratio ad legem Amortizationis condendam, quae movit Legislatorem: cauſa actoris eſt cauſa totius Reipublicae, ergo favorabilis: poteſt per inſtrumentorum editionem legis transgreſſio, ergo delictum, detegi. 3) Inſtrumenta illa poſt legem Amortizationis latam vere ſunt communia, quia jus actoris, & rei



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rei inde venit commenſurandum. Si ſcilicet ſint Litterae fundationis: tuentur Corpora perpetua; ſi non ſint: eo ipſo inde jus actoris fit clarum. 4) Editio ſane petitur citra calumniam ab actore revocatoriam inſtituente actionem, imo & juramentum calumniae poſſet deferri editionem petenti actori. Utamur 5) argumento reflexo: vel ex hisce inſtrumentis edendis patebit jus Corporum perpetuorum fundatum eſſe, vel non; ſi poſt inſpectionem documentorum legitima appareat poſſeſſio: haec editio non tantum nil nocuit Monaſterio, ſed profuit in eo, quod a futuris immune ſit petitionibus, quas fors urſiſſet alius; ſi pateat poſſeſſionem non eſſe legitimam: eo ipſo editio fuit juſtiſſime injuncta, ne poſſit ulterius foveri injuſta contra legem poſſeſſio. Fateor ingenue, me arbitrari, in ejusmodi cauſis, quae bonum publicum reſpiciunt, ad apices juris non eſſe tantopere attendendum; potiſſimum in ſubſtrato huic adſerto potius erit inſiſtendum, quia tempus ad plus quam centenariam praeſcriptionem ſufficiens a Legislatore ſecundum ſuperius deducta nequidem attenditur.

Et quid, ſi dixero, praeſumtionem ſemper militare contra Corpora perpetua? Audiamus: praedia, quae nunc in Manibus mortuis ſunt, olim poſſidebantur a ſaecularibus, hoc certiſſimum, ergo praeſumitur, ſaeculares illa immobilia tam diu poſſediſſe, donec ea in Manus mortuas perveniſſe probetur, ergo praeſumitur, quod Amortizationi ſubjaceant, idque tamdiu, donec probetur contrarium, ergo documenta edere utique tenebuntur perpetua Corpora. Aliud, quod praeſumtio militet contra Corpora, argumentum in eo eſt, quod inter omnes modos obtinendi bona immobilia ſit tantum vi Edicti unus

legi-

legitimus. Jam autem potius praeſumendum pro eo modo, qui inter plurimos eſt & frequentiſſime poſſibilis, quam pro illo, qui tantum unicus. Accedit, confirmationem eſſe facti: fundationem determinati praedii itidem eſſe facti; facta autem probari, non praeſumi debent. Ergo in linea quoque praeſumtionis contra ejusmodi poſſeſſiones militantis documentorum edendorum neceſſitas fundatur.

Actio revocatoria cum ſit in petitorio pertractanda: poſſeſſorium, adeoque praeſumtio ex poſſeſſione Manus mortuas tueri non poteſt, cum nequidem tueatur poſſeſſio inde ab anno 1609 habita.

Ad commonſtrandum, quantopere diſputata hactenus menti Sereniſſimi Legislatoris conſentiant, ſubjicianus § III Edicti declaratorii de anno 1766 verba: darunter gleichwohl die Ausnahm einzig in dem alleinigen Fall ſtatt finden darf, daß diejenige Güter-Stücke womit die Fundation urſprünglich aufgeſtellt zu ſeyn, klar aus den erſten Stiftungs-Briefen wird docirt werden können. Has autem litteras nemo niſi Corpus, contra quod agitur, edere poteſt; cum illas hoc ſolum poſſideat. Ergo adſerta hactenus clementiſſimae intentioni maxime videntur conformia.

Ex modo adlatis ad ſupra poſitam quaeſtionem pauciſſimis poterit reſponderi: primo agente edantur documenta a Corpore perpetuo, & quidem, ſi poſſibile, in originali ſub juramento edendorum; hiſce ſufficienter examinatis, ſi cauſa cadat in actione revocatoria actor: legitima declaratur Corporis perpetui adquiſitio. Per hanc



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

autem ſententiam plurimi jamjam, qui alias retractum optarent, laici arcentur a nova actione, & ſatis tutum erit, ingens cum pro ſe habeat praejudicium, Corpus perpetuum. Si vero quisquam alius documenta illa, quibus nititur ſententia, quorumque copia in Regiſtratura adſervanda, & inſpectio indulgenda, poſſit impugnare, illorum falſitatem demonſtrare, ſicque comprobare, priorem ex erroneo ſuppoſito latam eſſe ſententiam: non video, quo juris colore ſtatim poſſit a limine judicii repelli novus actor.

Maxime huc faciunt verba MEVII P. 3. Deciſ. 104. *Etſi res judicata pro veritate habetur, & de non ente ens facere dicitur: non aliter tamen, quam ſi ex juſta cauſa fertur; ſi falſa ei originem dederit, ſeu ſi, in quo judex ipſam fundat, nullum, vel falſum reperitur: utique & ipſa corruit, nec cum cauſa ceſſat, res judicata effectum habet.* Idem MEVIUS P. 6. Deciſ. 256. *Etſi enim judicem, ſemel ſeu bene, ſeu male officio functum, poſtea ſententiam mutare non poſſe dicatur, adeoque nec revocare, nec corrigere, & ſententia contra ſententiam non valeat: haud tamen illud eo porrigendum eſt, ſi judex ſuo errore vel partium circumductione inductus fuerit ad pronunciandam ſententiam plane nullam & injuſtam. Quae, ut nomen ſententiae non meretur, nec vim & effectum habet: ita ſententia contra illam prolata non recte dicitur eſſe contra ſententiam .... Officium juſtitiae ipſius minime per ſententiam injuſtam exſpirat aut impedit, quin ad juſta, quod pronunciatum, redigatur.* Conf. CRAMERI Obſ. Jur. Univ. T. I. Obſ. 26.

Si itaque, eodem manente actore, & reo, judex ex falſo ſuppoſito pronunciatum corrigere debeat, cum

tamen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tamen ſententia inter partes alias jus faciat: quidni novum actorem falſum ſuppoſitum probare intendentem audire debebit?

Laudatiſſimus porro fert Curiae ſtylus, non poſſe extrahi proceſſus, antequam propoſitio ſuper contentis libelli, reſpective ſuper ſtatu cauſae, facta fuerit Concilio a quodam Collegii membro. Hinc quoque obviatur proterviae, aut levitati actoris: adeoque infinitis, quae timentur, litibus praeter alios coërcendi calumniam modos ponuntur obices. Cum vero certiſſime conſtet, multa Diplomata conficta eſſe, hodieque bona fide in archivis adſervari, & inde produci: operae pretium ſane eſt, audire illos, quibus ex falſitate Documenti ingens naſci poteſt praejudicium. Vide Cel. & P. R. D. Joannis SCHWAB, qui Univerſitatis Heidelbergenſis illuſtre decus eſt, *Introductionem in rem diplomaticam* § V & XVI. Heidelbergae anno 1776. Sunt inſuper contenta Diplomatum verorum obſcura ſatis, & antiquioris aevi ſignificationes verborum ab hodiernis maxime diverſae, ut & inde erroneum ſuppoſitum ſententiae poſſit praebere fundamentum. Quidni itaque ejusmodi obmota audiri, & data ſingulari prorſus opera debebunt examinari? Patrio in terris Juliacenſibus exemplo rem illuſtrare placet: produxit Monaſterium *Brauweilerenſe* varias fundationis ſuae chartas, contra quas graviſſima mota ſunt dubia, quibusque ſuppoſitionis nota non levis inuſta, potiſſimum inde, quod in prima *Erenfridus Comes Palatinus una cum conjuge ſua Domina Mathilde* ALLODIUM SUUM *in Brauweilre . . . . Deo, ſanctoque Nicolao . . . . contulerint*; in altera dicatur, quod *in vico Bruwilarenſium, id eſt, in* DOTE PIAE MEMORIAE MATHILDIS *conjugis ſuae, crebra ejus ſuggeſtione* ERENFRIDUS *Monaſterium aedificare inchoaverit*;

 cum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum tamen utraque charta ab eodem Piligrimo una eademque die, VI idibus Octobris a. 1028 data adſeratur. Sic Diplomata Henrici III Imperatoris a ſuſpicione non ſunt immunia, prius de XVI Kal. Aug. 1051 enarrat: *qualiter Erenfridus beatae memoriae Comes Palatinus &c.* Poſterius de XIII Kal. Sept. ej. anni: *qualiter Erenfridus Comes Palatinus in noſtram veniens praeſentiam &c.* Sic *Bardo* Archi-Cancellarius vix illo tempore adhuc vixit. *Henricus* quoque longiſſime tum a loco ſubſcriptionis abfuit. Criſi quoque ſubjiciuntur appoſita ſigilla; quoad contenta quoque chartarum non levis oritur ſcrupulus, ex locis enim in fundatione *Brauweilerenſi* praetenſe contentis *Schlenderhagen*, *Gleſſen*, & medietas *Ichendorp* pertinet ad Ducatum Juliacenſem, *Schlenderen* relevat ut feudum a Curia feudali Oberausheim, ſimiliter quoque duo praedia in *Gleſſen*; *Brauweilerenſi* Abbatiae, ut parocho, competunt tantum Decimae in *Gleſſen*; nihil vero juris in *Schlenderen* poſſidet.

## § X.
## PRAECLUDITUR VIA, NE PER INDIRECTUM ADQUIRANT MANUS MORTUAE.

Mutui ſub hypothecae nexu celebrati abuſus in ordine ad adquirendum contigit ſaepe in eo, quod ſummam pretio fere aequalem titulo mutui dederint Corpora perpetua, ſibique hypothecas conſtituerint. Ita ſors una cum uſuris intra breve tempus eo excreſcit, ut pretium verum hypothecae exſuperet. In hoc caſu, ut vera fraude legis, ſaluberrime ſancitur in § XI Edicti, ut praevia judiciali taxatione ſub haſta publica ejusmodi vendantur hypothecae plus offerenti laico, pretioque inde obtento contenta debeant eſſe Corpora perpetua, quae hactenus detinuerunt

bona

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bona hypothecata. Si itaque minus, quam titulo mutui dederunt, recipiant, ſibi idipſum, in fraudem legis dum egerint, imputare debent, praeciſe per id, in quo peccarunt, punienda; per jus in re pignoris dominium conditionatum, caſu, quo pignus non luatur, purificandum adquirere cum intendant: ejusmodi contractus utique & ſub lege Amortizationis continentur.

Neque toleratur in §pho XII locatio decimarum, aut bonorum Eccleſiaſticorum cum perſonis Eccleſiaſticis conducentibus celebranda. In quantum ſunt perſonae Eccleſiaſticae membra Corporis perpetui: ſubjacent Amortizationi, & intuitu horum foret nova adquiſitio, intuitu Eccleſiaſticorum ſingulorum ſpecies commercii, immixtio in negotia ſaecularia, ſubreptio lucri laicis competentis, negotium Eccleſiaſticis indecens foret ejusmodi conductio; merito itaque cum Eccleſiaſtici operas requiſitas per ſe perficere non valeant, interdicitur. Quodſi vero decimas proprias, quin elocent, percipere velint Corpora perpetua: in hoc libera diſponendi facultas iis neutiquam adimitur; & rationes contra licentiam elocandi adlatas ad propriam perceptionem applicare non poſſumus.

Ceſſat denique Amortizationis lex, plenaque gaudent libertate Corpora perpetua intuitu illorum immobilium, quae ad primitivam fundationem ſunt conceſſa; aut quibus Sereniſſimus Legislator, ejusve Anteceſſores fundationes ampliarunt. Haec etenim eo tempore ſunt conceſſa, ubi nulla fuit Amortizationem ſtatuendi ratio, & in ſuſtentationem neceſſariam, commodamque a pientiſſimis Fundatoribus & Territorii Dominis determinatam, & commenſuratam tradita. Eadem quoque criſis eſt, ſi confir-

matio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

matio antecedens expreſſa fuerit obtenta. Subſequentem non poſſe fieri ſupra probatum dedimus, nec praeſumtam admittimus, cum adeo praeſcriptio in Edicto improbetur: reprobando autem praeſcriptionem eo ipſo excluſa videtur praeſumta confirmatio, praſumtioni enim lex in contrarium lata ſemper in ſubſtrato obſiſtit. vid. Edicti § X. Alia hujus Edicti capita adducere, cum ſint clariſſima, minus neceſſarium eſſe exiſtimo.

Liceat concludere, nil magis eſſe optandum, quam ut ſemper, quae Dei ſunt, Deo, quae Caeſaris ſunt, Caeſari tribuantur. Adſeratur ſua Principibus, Eccleſiarum ſuarum tutoribus, eminens legum ferendarum, vindicandarum, exequendarum authoritas, Religio Regionem, Regio Religionem foveat. Utrinque non privata, non peculiaris, non imaginaria, ſed publica, ſed communis, ſed vera, ſolidaque utilitas reſpiciatur. Judices, quorum eſt ſecundum leges, non de legibus judicare, ſubditi cujuscunque generis, quorum eſt legibus obtemperare, ſemper ſunto memores, Principibus Deos Imperium, ſubditis obedientiae gloriam dediſſe.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Churpfälziſches
# Amortizationsedikt
## vom Jahr 1737.
### und
### deſſen Erläuterung vom 3ten März 1764.

Von Gottes Gnaden Wir Carl Philipp Pfalzgraf bey Rhein, des heiligen römiſchen Reichs Erzſchatzmeiſter und Churfürſt, in Bayern, zu Gülich, Cleve und Berg Herzog, Fürſt zu Mörß, Graf zu Veldenz, Sponheim, der Mark und Ravenſperg, Herr zu Ravenſtein ꝛc. ꝛc.

Fügen hiermit zu wiſſen, demnach Uns diejenige Verfügung, welche des Herrn Churfürſten zu Mainz Liebden aus Erzbiſchöflich- und reſpective Landesfürſtlicher Gewalt in Dero Gebieth ſowohl wegen deſſen, daß künftighin keine bürgerliche Güter an gefreyte Perſonen ſonderlich aber ad Manus mortuas zu veräußern, als was bey Eintretung in einen geiſtlichen Ordensſtand, dem Orden zuzubringen, fort ſonſten unterm 5ten April nächſthin ergehen laſſen, zu handen gekommen, welch löblich metropolitaniſche Verordnung Wir dem gemeinen Weſen zum Beſten ſehr erſprießlich, über dieſes recht vorſichtiglich eingerichtet zu ſeyn befinden, und dannenhero ſolche in hieſig Unſern Churpfälziſchen Landen ebenfalls eingeführet, mithin in allen und jeden Stücken befolgt gnädigſt wiſſen wollen.

Als verordnen Wir, ſo viel die Veräußerung der in Unſerm Churpfälziſchen Territorio liegenden bürgerlichen Güter an fremde befreyte auch geiſtliche Corpora betrift, daß denen von Uns und Unſern Churvorfahrern lobſeliger Gedächtniß dießerthalben vor und nach emanirt- und ſo vielfältig publicirten Verfüg- und Ordnungen allerdings nachgelebet, und darauf ohnabbrüchig ſub poena confiſcationis, die Wir auf jeden ſolchen Fall hiemit extendiren und reſpective erneuern, gehalten werden ſolle; die Wir dann

* Zum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Zum andern nicht weniger hiemit wohlbedächtlich ſetzen und verordnen, daß das Einbringen und völlige Abmehrung derjenigen Perſonen, ſo männlich- als weiblichen Geſchlechts, welche ſowohl in Zukunft in Klöſter auch ſonſtigen geiſtlichen Stand, wie derſelbe genannt werden möge, eintreten, als auch ingleichen derjenigen, ſo wirklich in ſolchen Orden oder Stand eingetreten ſeynd, und bey Publicirung gegenwärtiger Verordnung noch nicht zur wirklichen Profeſſion gelanget, ſich auf mehr nicht, als höchſtens und zwar nur bey den Reichen und Großbemittelten auf ein tauſend Gulden Rheiniſch an Geld oder Geldes Werth, ſodann vor die Kleidung, andere Köſten, Ausſtattung, Einkleidungs- und Profeſſionstractament überhaupt höchſtens auf fünf hundert Gulden erſtrecken, noch deßfalls ein mehreres von den Ingreſſis ordinem ſeu religionem entweder ſelbſten oder deren Aeltern oder Vormundſchaft und zwar bey Confiſcation des ganzen eingebrachten quanti erfordert, bedungen, oder auf einige Weiße abgenommen, noch auch von den Ingreſſis ein weiteres ſive per Teſtamentum ſive per Donationem oder einen andern Actum inter vivos vel mortis Cauſa aut quocunque alio titulo ſive praetextu dahin verſchaffet, forthin ſo wenig directe vel indirecte zugewendet oder ſonſten ab inteſtato hinterlaſſen werden möge, könne oder ſolle, alſo und dergeſtalten, daß, ſofern ein ſolcher Noviz oder Ingreſſa (denen Wir zwar ihre liberam Facultatem teſtandi im übrigen zu benehmen nicht gemeint ſeynd) dieſem entgegen ein anders per teſtamentum aut alio quocunque modo verordnen, oder gar derſelb- oder dieſelbe zum Nachtheil dieſer Unſerer Chur- und Landsfürſtlicher Conſtitution dero Vermögen ab inteſtato dahin, ohne einige Diſpoſition und alſo mit Supprimirung und Unterlaſſung derſelben, kommen laſſen wollten, ſolches nichts deſtoweniger pro non ſcripto & irrito, ſondern der Caſus pro regulato & proviſo nach obiger Maaßgab geachtet, folgſam dasjenige, ſo vorgemeldtes Quantum der 1500 fl. überſteiget, nach erfolgter Profeßion ſogleich ohne weitere Nachſicht den Haeredibus proximioribus ab inteſtato verabfolget, und zugetheilt werden, im Fall aber keine haeredes ab inteſtato bis auf den vierten Grad incluſive vorhanden wären, ſelbiger geſammter Verlaß alsdann Unſerm Aerario heimfallen ſolle; Und obwohlen Wir

Drit-

Drittens die Einbringung deſſen Dotis und ſammtliche Ausſtattung höchſtens auf vorſtehendes Quantum der 1500 fl. nur bey den Großbemittelten verſtanden wiſſen wollen; Wir Uns jedannoch zu den Ordensſtänden ohne Ausnahm, welche die ſeyn mögen, gnädigſt verſehen, daß ſie obwohl bey den nicht alſo bemittelten, oder etwann ſonſten vorhandenen vieler Kinder Laſt, ſich mit einer leidentlichen Ausſtattung begnügen, als anbey den Ohnvermögenden und Armen gleich jenen Vermögenden und Großbemittelten und zwar den Churpfälziſch Eingebohrnen Kindern vor andern fremden und auswärtigen, die Bewirkung dero heiligen Berufs ohne Abſicht auf dergleichen Temporale und Abgaben widerfahren laſſen werden.

Wir befehlen ſolchemnach gnädigſt und ernſtlich, daß auf gegenwärtige obberührter maſſen ertheilende Ordination ſtet, veſt und ohnabbrüchig gehalten werden ſolle: Urkundlich Unſerer eigenhändigen Unterſchrift und hiervorgedruckten Churfürſtlichen Kanzley Secrets-Inſiegels. Mannheim den 7ten May 1737.

(L. S.) C. P.

## F. E.

Ihre Churfürſtliche Durchleucht haben Sich über dasjenige, was wegen Erläuterung des Edicti Amortizationis von Dero Churpfälziſchen Regierung in unterthänigſtem Bericht vom 28ſten Januar abhin bemerket, wegen Beſtimmung der Abmehrung und portionis haereditariae der Ordinem Ingreſſorum bey mittelmäßigen und nicht beträchtlichen Erbſchaften angetragen worden, umſtändlich gehorſamſt referiren laſſen, ohnverhalten demnach erſagter Regierung in gnädigſter Antwort, daß ſolchen Falls die Veſtſtellung des eigentlichen Quanti auf das halbe Pflichttheil allerdings genug, ſohin der Intention des berührten Edikti das gemeſſenſte und nächſte



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſey, dann, wann das Einbringen 1500 fl. nach dem Ausdruck des Edikts zum allerhöchſten und zwar nur bey den Reichen und Großbemittelten erlaubt, muß bey Geringbemittelten und Armen die Summe billig viel geringer seyn, für eins. Fürs andere dörfte ſich leicht fügen, daß das Pflichttheil bey einem Geringbemittelten ſich ſo hoch, als das einem Reichen verſtattete Quantum auch vielleicht noch höher belaufete, und drittens eignet ſich dahin der Wortbegriff noch deutlicher im dritten Abſatz ſchon gedachten Edikti, daß, obwohl Ihre Churfürſtliche Durchleucht „ die Dotem und ſammtliche Ausſtattung „ höchſtens auf bemerktes Quantum nur bey den Großbemittelten verſtanden „ wiſſen wollen, ſie ſich jedannoch zu den Ordensſtänden gnädigſt verſeheten, „ daß ſie ſowohl bey nicht alſo Bemittelten oder etwa ſonſt vorhandenem vie- „ lem Kinderlaſt ſich mit einer leidentlichen Ausſtattung begnügen, als den „ Ohnvermögenden und Armen gleich den Vermögenden und Großbemit- „ telten und zwar den Churpfälziſchen Eingebohrnen Kindern vor andern „ fremden und auswärtigen die Bewirkung dero heiligen Berufs ohne Ab- „ ſicht auf dergleichen Temporale und Abgaben wiederfahren laſſen werden.

Weilen jedoch ſchwerlich oder gar kein Exempel vorhanden, daß die Ordensſtände auf ſolche gnädigſte Erinnerung eine Rückſicht nehmen, ſo wird mehrgemeldter Regierung weiters inſonderheit gnädigſt befohlen, daß denen Klöſtern, welche in Churpfalz Landen anſehnlich begütert seynd, und den höchſt Landesherrlichen Schutz genießen, auch wohl gar die Fundation oder Wiedereinſetzung zu verdanken haben, jene Churfürſtl. gnädigſte Zuverſicht zu mehrerer Rückſicht auf dieſe allerdings billige höchſte Geſinnung zu erkennen geben ſolle, damit mehr höchſtgedacht Ihre Churfürſtl. Durchleucht gnädigſt bewogen bleiben könnten, ihnen Dero Landesherrliche Protection ferner Huldreichſt angedeyhen zu laſſen, und wofern der Mangel dahin aſpirirender ſubjectorum etwa vorgeſchützet wird, iſt den zumahl ſonſt ohnvermögenden und armen Studenten in den obern Schulen durch die Profeſſores und Magiſters Nachricht davon mitzutheilen; Obgedachte Regierung weiß mithin obigem gemäß ſo in ein- als anderm das nöthige gehorſamſt zu verfügen und zu beobachten. Mannheim den 3ten März 1764.

**Carl Theodor, Churfürſt.**

Gülich-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Gülich= und Bergiſches
# Amortizationsedikt
## vom Jahr 1755.
### nebſt Auszug der Erläuterung vom Jahr 1766.

Von Gottes Gnaden Wir Carl Theodor, Pfalzgraf bey Rhein, des hei=
ligen Röm. Reichs Erzſchatzmeiſter und Churfürſt, in Bayern, zu Gü=
lich, Cleve und Berg Herzog, Fürſt zu Mörß, Graf zu Veldenz,
Sponheim, der Mark und Ravensperg, Herr zu Ravenſtein ꝛc. ꝛc.

Thun kund, und fügen allen und jeden Unſern Unterthanen, vor=
nehmlich den in hieruntigen Unſern Herzogthümern erfindlichen Abteyen,
Klöſtern, geiſtlichen Collegiis oder ſonſt geiſtlich gefreyten Häuſern, weſſen
Würden, Namens, Standes oder Ordens dieſelben ſind, weniger nicht Un=
ſern ſämmtlichen Beamten und Gerichtern hiemit gnädigſt zu wiſſen.

Obwohlen es in hieruntigen Unſern Landen uraltes von mehrern
Jahrhunderten her beſtättigtes Geſetz immerhin geweſen, daß keine Erbgüter,
Erbzinſen und weltliche Zehnden, an geiſtliche Corpora, oder wie ſolche genen=
net werden, zu begebenen Händen (ad manus mortuas) erblich veräußert wer=
den mögen, wie hievon das Ediktum Weiland Herrn Herzogen Wilhelm
chriſtſeliger Gedächtniß vom Jahr 1525, und deren mehrere ein genugſames
Zeugniß ablegen, welches auch hieruntige Landsordnung Cap. 93. § da aber
einige begebene Perſonen ꝛc. Verſ. wie ingleichen ꝛc. in Uebermaß beſtätti=
gen, und auf die des Ends hergebrachte Privilegien ſich abbeziehen, dergeſtal=
ten, daß auſchon in dieſen älteſten Zeiten auf dergleichen verbothene Ver=
äußerungen die Strafe der Confiſcation geſetzet war.

Obwohlen auch unſere in Gott ruhende hohe Vorfahren ſich beſtän=
digſt und rühmlichſt haben angelegen ſeyn laſſen, dieſe der Landsverfaſſung

ſo heilſame Verordnungen in einer ſteten Wirklichkeit und unverruckten Weſenheit zu erhalten, wie ſolches die im vorigen und jetzigen Säculo theils aus eigenem Antrieb, theils auf unterthänigſtes Anrufen der weltlichen Landſtänden mehrmalen publicirte Edikten von den Jahren 1609, 1675, 1681, 1706, 1708, 1730, 1733, und 1737, bewähren;

Obwohlen endlich auch Wir gleich anfangs Unſerer angetrettenen Landenregierung nicht ermangelt haben dieſe rühmliche Vorſorg aus Landesväterlicher Liebe gegen Unſere weltliche Unterthanen einzufolgen, und dannenhero eben vermeldte Geſetze durch Unſere im Februar 1743, im May 1747, und im April 1748, mit dem öffentlichen Druck bekannt gemacht worden, gnädigſte Willensmeynung erneuern zu laſſen:

So iſt Uns jedennoch zu beſonderm ungnädigſten Mißvergnügen zu vernehmen vorgekommen, auch bey den jährlichen Landtägen von Unſern lieben getreuen Jülich- und Bergiſchen Landſtänden unterthänigſt angezeigt, und durch die leidige Erfahrniß beſtättiget worden, daß dieſen Unſern und von Unſern hohen Vorfahren ſo nachdruckſam abgefaßten Verordnungen faſt nirgendwo nachgelebet worden, ſondern ſelben unter allerhand erſonnenen Vorwanden vielmehr ein vielfältiger Einbruch geſchehen ſey, alſo daß ſich jene ehehin beförchtet-wordene Folgen in jetzigen Zeiten häufig veroffenbaren, welchen durch ebenerwähnt-Landsfürſtl. Edikten ſo ſorgfältig hat vorgebogen werden wollen.

Es ergiebt ſich nämlichen mehr und mehr, daß durch dergleichen vielfältig unternommene Veräußerungen der Erbgüter ꝛc. zu begebenen Händen unſere weltliche Unterthanen guten Theils entkräftet, zur Abgebung ihrer Präſtandorum unfähig, mithin ſelben ihre Nahrung zu ſuchen, und reſpective zu befördern ſo viel beſchwerlicher gemachet, die Dienſten und ſonſtige Perſonal-Laſten hingegen ihnen ſo viel häufiger aufgelegt worden ſeyen, wodurch der ſtatus corporis politici in ſeinen Gliedern bereits um ein merkliches geſchwächet, und die Kräfte des aerarii publici in anſehentlichen Stücken allſchon gemindert zu ſeyn ſich befinden.

Wann

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Wann nun dieſe und mehrere andere daher rührende dem Publico ſehr mißliche Umſtände von Jahr zu Jahren mehr einreißen, und damit ſo vieles androhen, daß die Gemeinden nach und nach in ſich ſelbſten zerfallen, und daß ſelbe zuletzt wegen Abgang der zu ihrer Unterhaltung, Sicherheit und Beſchirmung erfordert werdenden Gelder nicht mehr aufrecht gehalten werden mögen, und dann Wir dieſen Uebeln aus Landsfürſtl. Macht und Gewalt annoch in Zeiten zu begegnen eine unumgängliche Nothwendigkeit zu ſeyn gnädigſt erachten; als erneuern und wiederholen Wir Kraft dieſes alle vorherige des Ends in den vorigen Zeiten vielfältig erlaſſene Verordnungen ihres gänzlichen Inhalts aus eben gemeldter Unſerer hohen Landesfürſtl. Macht und Gewalt beſtättigen, auch ſolche nochmalen und zu allem Ueberfluß mit dem ernſtlichen gnädigſten Befehl, daß ſelben fürs künftige aller Orten mit behörendem Nachdruck nachgeſehen werden ſolle.

Und damit ſich keiner mit der Unwiſſenheit entſchuldigen, oder aber ſolchen einen widrigen Sinn beylegen möge, als laſſen wir deren Inhalt, nebſt denen immittels ferners nöthig befundenen Unſern gnädigſten Verfügungen euch allen Eingangs gemeldten Unſern Beamten, Abteyen, Klöſtern ꝛc. zur beſtändigen Richtſchnur hiernach einrücken, befehlen und verordnen ſolchemnach gnädigſt:

I. Daß in zukünftigen Zeiten keine Erb- und ſonſten liegende Güter und Gründe, Erbrenten und weltliche Zehnden, oder wie ſolche anſonſten einen Namen haben, auch von welcher Größe oder Geringſchätzigkeit ſolche immer ſeyn mögen, vorbedachten Klöſtern, oder andern milden Stiftungen weder durch einen Kauf und reſpective Verkauf, weder durch Schankungen oder ſonſtige Contractus Dominii translativos, weder durch Teſtamentariſche Vermächtniſſen, oder ſonſtige Diſpoſitiones mortis cauſa bey unausbleiblicher Vermeydung der mehrmalen anbedrohet wordener Confiſcationsſtrafe übertragen werden ſollen; und weilen

II. Die Erfahrniß gelehret hat, daß eben dieſem Verboth zu entgehen, und ſolches zu entkräften, die ſo genannten Pacta de retrovendendo, antichretica, und ſonſtige mit allerhand beſchwerlichen und öfters unmöglich

wer-

werdenden Conditionen verſehene Contracten verſchiedentlich eingegangen worden, welche dem ächten Sinn und wahren Verſtande berührter Amortizationsgeſetzen gänzlich entgegen ſind, als caſſiren und annulliren Wir ſolche, ſo viel deren bereits eingegangen worden, ihres Inhalts und mit dem Anhang: Daß die ſolcher Geſtalt verpfändete, und zu begebenen Händen gekommene Güter gegen Erlegung des Kauf- oder Pfandſchillings, und deren etwa verfügeten annoch ſeyenden impenſarum neceſſariarum & utilium von jedem Unſerer weltlichen Unterthanen eingezogen werden mögen und ſollen: fürs künftige ſetzen Wir aber

III. Auf dergleichen Contracte, wann ſolche wider beſſere Zuverſicht gethätiget werden ſollten, die nämliche Confiſcationsſtraf des von geiſtlichen Häuſern ſub pacto de retrovendendo, antichretico oder ſonſten angenommenen Guts, und dem gänzlichen Verluſt des von ihnen darauf geſchoſſenen Kauf- oder Pfandſchillings, auf welchen ſelbe unter keinerley Vorwand eine rechtliche Anſprach fernershin zu machen befugt ſeyn ſollen: Ob Wir nun auch wollen

IV. Als viel die zu begebenen Händen wirklich gekommene weltliche Güter und Gründe ꝛc. betrift, die in vorgemeldten Verordnungen öfters angedrohete poenam confiſcationis mit aller Schärfe ins Werk ſetzen, und des Ends wider deren Einhaber ohne Ruckſicht auf einige nach dem Jahr 1609 keinen Platz findende Verjährung durch Unſern Fiſcum den Proceß erheben laſſen könnten; ſo wollen Wir es jedannoch aus beſondern Landsfürſtl. Gnaden bey dem unterm 1 April 1748 von Uns publicirten Edikt dahin belaſſen, daß bey den von Unſerm Advocato Fiſci erhoben werdenden Confiſcations-Proceſſen der Terminus a quo vom 6 Februar 1743 jedannoch nur noch zur Zeit, einsweilen und bis auf nähere Unſere gnädigſte Verordnung, mithin die erſtere Ruckſicht auf jene Güter genommen werden ſolle, welche von nun gemeldtem 6. Februar 1743 bis anhero zu begebenen Händen gekommen ſind.

Wir bewahren Uns dagegen andurch ganz ausdrücklich, daß Wir mit dieſer Unſerer gnädigſten Erklärung Unſerm aerario fiſci das aus den vor-

heri-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

herigen Contraventionen etwa zukommende jus quaeſitum nicht benehmen wollen, ſondern es ſolle vielmehr Uns, und Unſern hohen Nachfolgern immerhin bevor bleiben, auch jene Güter zu ſeiner Zeit in eine fiſcaliſche Anſprach nehmen zu laſſen, welche in vorig- und jetzigem Säculo und beſonders von dem Jahr 1609 bis zu den jüngern Zeiten von den milden Stiftungen acquiriret worden ſind; Wir erlauben ferner

V. Sämmtlichen Anverwandten deren Verkäufern, welche dergleichen Erbgüter zu begebenen Händen veräußert haben, ſowohl für die verfloſſene als auch für die jetzige und künftige Zeiten ohne Unterſcheid, daß dieſelbe ſich wider die Ankäufer und reſpective Beſitzer dergleichen Güter des Vernäherungsrechts gebrauchen, und ſolche Gründe mittels Erlegung des Kaufſchillings hinwiederum zurückziehen, und an ſich bringen können, mit der Erläuterung jedannoch: daß, wann bey einem ſolchen vernähert werdenden Gut die poena confiſcationis etwa verwirkt ſeyn ſolle, alsdann ſolche auf die bey dem Retract hingeſchoſſen werdende Gelder zu verſtehen ſeyn. Da es ſich aber

VI. Mehrmalen ergeben, daß die geiſtliche Corpora bey Erwerbung dergleichen Güter einen größern Preiß für ſolche erleget haben, als die Güter ſelbſt werth ſind, damit andurch die Wiederlöß und reſpective Einlöß den Verwandten und übrigen dazu etwa Luſt tragenden Unſern weltlichen Unterthanen deſto beſchwerlicher, wo nicht gar unmöglich gemacht werde, ſolches auch fürs künftige ſich alſo zutragen dürfte, als wiederholen Wir hierunter die vorherige Verordnungen dahin ausdrücklich, daß alsdann der Preiß, ſalva poena confiſcationis, durch eine gerichtliche und eidliche Schätzung vorbeſtimmet, und gegen deſſen Erlegung die Verwandten ad retractum, oder aber die andere dazu Luſt tragende zur Einlöß angenommen werden ſollen; wie Wir aber dann

VII. Alle und jede Unſere weltliche Unterthanen ausdrücklich berechtigen, daß ſelbe dergleichen von geiſtlichen Collegiis, oder ſonſtigen milden Stiftungen nichtiglich acquirirte Güter, wann zu deren Wiederlöß ſich keine Anverwandten deren Verkäufer anmelden ſollten, gegen den von unpartheyiſchen Verſtändigen zu beſtellen ſeyenden Preiß einlöſen mögen;

Wohingegen und wenn deren mehrere zu einem ſolchen Gut etwa Luſt tragen würden, ſolches mit brennenden Kerzen, und mit nochmaligen ausdrücklichen Vorbehalt der auf dem Kaufſchilling Unſerm aerario fiſci etwa zukommender Confiſcationsſtraf öffentlich verkauft, und dem Meiſtbiethenden weltlichen Standes belaſſen werden ſoll. Damit auch

VIII. Bey dergleichen Ein- und reſpective Wiederlöſungen wegen den Meliorationen aller Zweifel gehoben werde, auf welche bey der anzulegenden Taxa mit zu ſehen iſt, ſo verordnen Wir andurch gnädigſt: daß auf keine andere, dann auf die impenſas neceſſarias & utiles, wenn ſolche annoch wirklich vorhanden ſind, die Achtung genommen werden ſolle, und damit

IX. Denen bey Beſtimmung des Preißes ſich ergeben mögenden unnöthigen Weiterungen vorgebogen werde, wann nämlichen die Taxatores in deſſen Beſtimmung untereinander nicht einig ſeyn ſollten, ſo verordnen Wir gnädigſt: daß in ſolchen Fällen der Mittelpreiß von Gerichtswegen eingefolget werden ſolle. Wir nehmen jedannoch

X. Von allen dieſen Verfügungen jene Güter namentlich aus, welche den Klöſtern, und andern Eingangs genannten geiſtlichen Collegien zu ihrer primitiva fundatione gegeben und geſtiftet, oder auch von Uns, oder von Unſern hohen Vorfahrern nachhero zur Fundation wohl ausdrücklich geſchenket,

Wie auch jene, wegen welchen die Landesherrliche Confirmation erhalten worden.

Gleichwie Wir Uns und Unſern hohen Nachkommen zu allen Zeiten ausdrücklich vorbehalten, wider dieſe Unſere und vorherige Geſetze eine Landsherrliche Diſpenſation ertheilen zu mögen: daraus nicht weniger und

XI. Mißfälligſt zu vernehmen vorgekommen, daß einige Güter von den geiſtlichen Corporibus mit einem ſo hohen Geldvorſchuß beſchweret worden, daß ſolche hernächſt nicht verkaufet werden können, und ihnen dannenhero tacite verblieben ſeyen, ſo verordnen Wir, um dieſem Unheil abzuhelfen, ſowohl pro praeterito als futuro, daß alle ſolche Güter gerichtlich geſchätzet, hernächſt ad haſtam geſtellet, und dem Meiſtbiethenden weltlichen Standes überlaſſen werden, hingegen die Detentores ſolcher Güter ſich mit dem erlöſenden Pretio begnügen ſollen; Wir erneuern endlich

XII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XII. Das von Weiland Unſern hohen Vorfahrern Herrn Johann Wilhelm Churfürſtl. Durchl. chriſtmildeſter Gedächtniß unterm 1 Junii 1706 erlaſſenes Generale, vermög deſſen allen Eigenthümern von Zehnden und andern geiſtlichen Gütern nachdruckſamſt verbothen worden, dergleichen Zehnden und geiſtliche Güter, ſie haben Namen, wie ſie wollen, hinwiederum an geiſtliche Perſonen zu verpachten, und befehlen andurch nochmalen gnädigſt, daß ſolche mit deren Ausſchließung nur an Unſere weltliche Unterthanen bey Vermeidung einer jedesmaligen Brücht von 25 Gſl. und Caſſation der an geiſtliche Perſonen beſchehenen Verpachtung ausverpachtet werden ſollen; wie Wir dann auch

XIII. Gnädigſt wollen, daß wenn ſich wirklich dergleichen verbothene Verpachtungen hin und wieder vorfinden ſollten, ſolche alſofort und inner vier Wochen Zeit hinwiederum, und bey Vermeidung gemeldter Brüchten eingezogen, und nach fruchtloß verſtrichener dieſer vorbeſtimmten Friſt von Unſern Beamten auf Köſten der Eigenthümer dem Meiſtbiethenden weltlichen Standes bey brennender Kerzen ausverpachtet werden ſollen; damit auch

XIV. Alle mit dieſem Geſetz einige Gemeinſchaft habende, oder daher entſtehende Weiterungen und Proceſſen deſto ehender und zum Vortheil des Publici entſchieden werden mögen, ſo verordnen Wir andurch gnädigſt: daß kein Beamter ſich hierunter einiger Cognition anmaſſen, ſondern ſolche zu hieruntigem Unſerm geheimen Rath verweißen, allwo alle dergleichen Vorfallenheiten einzig und allein eingeführet, und daſelbſten in zweyen Sätzen hinc inde inſtruiret, folglichen in möglichſter Kürze erörtert und berichtiget werden ſollen; ſchließlichen, und damit

XV. Dieſe Unſere gnädigſte Willensmeynung zu jedermanns Wiſſenſchaft bekannt gemacht, und nicht in künftigen Zeiten gleich den vorherigen auſſer deren ſchuldigſten Befolgung gelaſſen werde, als befehlen Wir gnädigſt und ernſtlich, daß alle Unſere Beamte, Gerichter und dazu beſtellte Perſonen auf ſolche Geſetze wie auch alle darinnen enthaltene Punkten ſo wohl pro praeterito als futuro bey Vermeidung einer jedesmaligen und unausbleiblichen Brücht von 25 Gſl. im Fall ſie hierunter unter einer begangenen Nachläßigkeit überzeuget würden, nachdruckſamſt ſehen und halten, allen wider dieſes Geſetz angehenden Contracten oder Pacten die gerichtliche Beſtättigung verſagen, ſolche und übrige dawider ferner vorkommende Contraventiones,

wie

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

wie ſolche Namen haben mögen, alſofort und inner 3 Tagen von Zeit der überkommener Kundſchaft zu erwähnten Unſerm geheimen Rath gehorſamſt einberichten, und von dorten die nöthigen Befehle gewärtigen, nicht weniger daß dieſe Unſere Verordnung zu jedermanns Wiſſenſchaft von allen Kanzeln verleſen und gehörender Orten affigiret, anbey daß jeder geiſtlichen Stiftung, wie ſolche Namen haben mögen, ein Exemplar zu ihrer künftigen Nachachtung zugeſtellet, auch deren eines in allen Gerichts-Regiſtraturen wohl bewahrlich aufbehalten, und deſſen Inhalt auf den jährlichen Herren-Gedingen zur beſtändigen Erinnerung und Nachachtung verleſen werden ſolle; Urkund Unſers vorgedruckten Canzley-Secrets-Inſiegels. Düſſeldorf den 5 Septemb. 1755.

(L. S.)

# S. E.

Erſtlich: Als viel liegende Güter oder in gleicher Weſenheit geeignete Renten, Gülten, und ſonſt benamſte ſtänd- und unſtändige jährliche Gefällen betrift, bleibt es beym Vorigen.

Gleichwie zweytens: die in geiſtlichen Händen beruhende Lehn-Kurmodial- und Laet- oder ſonſt nennende derley Güter eben wohl unter die Gattung der immobilien ſortiren, worüber in vorigen Edicten allbereits den Weltlichen der Retract zugedacht iſt, alſo zwar daß bey den in ältern, oder jüngern Zeiten von Klöſtern, und ſonſt geiſtlichen Gemeinden, auch ritterlichen deutſch- und Maltheſer Ordens Kommentureyen an Weltliche zu Lehn, oder Erbpacht begebenen, oder zu ihren Hofbänken verpflichteten Gütern unbenommen ſeyn möge, ſelbige in Fällen, wo etwa das relevium, oder die Zahlung des Canonis unterlaſſen, durch dieſerthalb gehörig auftragende Caducitäts Proceſſen ruckzuziehen: jedennoch, wo dergleichen Güter als verwirkt durch Urtheil, und Recht erkannt oder ſonſt ruckfällig würden, ermeldten Corporibus das Dominium utile cum directo wiederum zu conſolidiren, oder durch andere Wege in todte Hände zu bringen, keineswegs erlaubt ſey, ſondern die caducirt, oder heimgefallene Grund-Stücker allemal eodem, vel alio titulo Dominii translativo an weltliche Hände ſub Poena Confiſcationis hinwieder begeben werden ſollen. Darunter gleichwohl

Drittens: die Ausnahm einzig in dem alleinigen Fall ſtatt finden darf, daß diejenigen Güter-Stücke, womit die Fundation urſprünglich aufgeſtellt zu ſeyn, klar aus den erſten Stiftungs-Briefen wird docirt werden können, blößlich hierinn die willkürige Diſpoſition fürters ohnbenommen beſtehe.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# POSITIONES
## EX
# UNIVERSO JURE.

## Ex jure Naturae & Gentium.

1. Principium juris naturae adaequatum eſt: perfice te & ſtatum tuum. Hinc illa, quae cum eo conveniunt, admitto, caetera rejicio.
2. Pacta licet per vim metumque extorta ſint: tamen inter illos, qui ſuperiorem non agnoſcunt, ſtringunt.
3. Bellum, quod unice ad conſervationem aequilibrii, aut ad potentiam unius gentis creſcentem minuendam, aut ad mores cultiores terris barbarorum inferendos geritur, injuſtum eſt.
4. Res inventa, ſi explorari nequeat hujus rei dominus, eſt inventoris; eamque ad pios uſus applicare non tenetur.
5. Quoties res poteſt manere in eo ſtatu, in quo fuit ante deliberationem, toties obtinet Calculus Minervae.
6. Vota ſi non poſſint haberi majora, ſtandum pro ſententia, quae paucioribus diſplicet.
7. Origo ſubjectionis & Imperii ex ſocietate eſt.
8. Duellum omni jure prohibitum eſt. Aptiſſima hujus criminis poena eſt infamia.

## Ex Jure Canonico.

1. Genuine ſi concordata explicentur: non omnia beneficia, quae per translationem aut promotionem aut per obitum Cardinalium vacant, ſimpliciter Pontifici ſunt reſervata.

2. Con-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

2. *Concordata ſunt ſtricte capienda: hinc ſede vacante non Curiae Romanae, ſed Ordinario competit jus Beneficia in Menſe Pontificio vacantia conferendi.*

3. *Epiſcopi tanquam veri Apoſtolorum Succeſſores Regimen Eccleſiae immediate a Chriſto acceptum habent;*

4. *Quoties itaque Recurſus Romam eſt difficilis: toties & Epiſcopus diſpenſare poteſt in Gradibus alias ſummo Pontifici reſervatis.*

5. *In Electione Epiſcopi votum ſingulis Capitularibus competit: ergo vel diſſentiente uno Electio per compromiſſum peragi nequit.*

6. *Nobilitatem ex Statutis Capitulorum requiſitam neque Imperator ſupplere, neque Pontifex in Menſibus Pontificiis negligere poteſt.*

7. *Monachi in regula ſunt incapaces Beneficiorum ſaecularium.*

8. *Clerici reditus ſuos aliter, ac Eccleſia, Concilia, Fundatores volunt, habere non poſſunt. Superfluorum igitur Dominium non habent.*

9. *Clericos non eſſe jure divino exemtos jurisdictione ſaeculari, ſatis probat, quod ipſi Germaniae Epiſcopi tribunalibus ſupremis ſubſtent.*

10. *Bona eccleſiaſtica Principum quidem Beneficio a tributis immunia ſunt; ubi autem neceſſitas id exigit, Principes illis tributa etiam ſine Pontificis adſenſu imponere poſſunt.*

11. *Jus Patronatus laicum eſt maxime favorabile, non ſubjacet ergo Menſibus Pontificiis.*

12. *Sive ſubditis Catholicis debeatur Exercitium Religionis ex lege, ſive ex Pacto, aut gratia: non agnoſcunt diſpenſationem Principis Proteſtantici in impedimentis dirimentibus.*

13. *Minor tam contra ſponſalia, quam contra Reſignationem Beneficii poteſt in integrum reſtitui.*

14. *Matrimonium, coram Parocho Proteſtantico contractum, eſt validum caeteris paribus.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

15. *Matrimonia illorum, qui ſe ſtudio & in legis fraudem animo clandeſtine contrahendi conferunt in locum, ubi Tridentinum non eſt receptum, ſunt ipſo jure nulla.*

16. *Matrimonium oportet eſſe Contractum legitimum: hinc qua Contractus ſubſtat Principi: hinc impedimenta etiam dirimentia ſtatuere poteſt.*

17. *Onus ſolvendi Decimas premit fructuum perceptorem: ſingularem igitur non ſequitur praedii ſucceſſorem.*

18. *Si quaeſtio eſt de Decimis Novalibus: quaeſtio eſt de terris adeſpotis: merito ergo Princeps vindicat ſibi Novales.*

19. *Generalis hypotheca, Debito legitime contracto, absque ſolennitatibus in rebus eccleſiaſticis conſtitui poteſt.*

20. *Reſcriptum gratiae, duas continens partes, quarum una laborat doloſa ob - vel ſubreptione, totum corruere ſuſtineo.*

21. *Mutatio Religionis non reſtituit jura, quibus quis propria ſponte ſe abdicavit: hinc Profeſſus, ad aliam tranſiens religionem in Imperio toleratam, non recuperat bona, quibus legitime renunciavit.*

## *Ex Hiſtoria I. R. G.*

1. *Per Pactum Virodunenſe Germania a Francia ita fuit ſejuncta, ut jam in perpetuum diſtinctum maneat Regnum.*

2. *Sub Ludovico pio non omnia bona eccleſiaſtica, ut aliqui erronee adſerunt, ſed cujuslibet eccleſiae tantum unum ab onerum praeſtatione fuit exemtum.*

3. *Arnulphum fuiſſe filium illegitimum Carolomanni evinci nequit.*

4. *In conſtituendis Germaniae Epiſcopis Reges Francici, & Saxonici magna gaudebant authoritate.*

5. *Originem Electorum a tempore Friderici I Barbaroſſae deducendam eſſe probabilius eſt.*

6. Pri-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

6. *Primam Capitulationem Ruperto Palatino praeſcriptam fuiſſe adſero.*

7. *Feuda majora in Germania potius oblatis, quam datis, an numeranda eſſe ex hiſtoria ſufficienter probari poteſt.*

## *Ex Jure Publico.*

1. *Capitulatio Caeſarea ligat Imperatorem, ligat tribunalia ſuprema; non autem Principes in punctis, quibus ipſi contradicunt.*

2. *Annus normalis licet ad diſtributionem officiorum publicorum, non tamen quoad receptionem civium in civitates Imperii immediatas eſt extendendus.*

3. *Vi P. R. facultas immutandi, expellendi veterem, introducendi Religionem novam competiit. Prius in P. W. eſt ademptum, alterum ergo manet in poſſeſſione.*

4. *Etiamſi jus conſtituendi vectigalia Dominis territorialibus haud competat ex fundamento ſuperioritatis territorialis;*

5. *Regula tamen tenet: Quotieſcunque Imperio & libertati commerciorum per vectigalia non praejudicatur: libera ex ſuperioritate territoriali competit diſpoſitio.*

6. *Matrimonium Principis cum foemina nobilitatis avitae non eſt inaequale, ut probant Exempla a cel. Moſero adlata, in Tr.* Familien-Staats-Recht *T. II. p. 137 ſeqq.*

7. *Electores in vim Capitulationis noviſſimae exercere poſſunt omnia jura in Aurea Bulla expreſſa; maximi momenti inde fluunt conſectaria.*

8. *Quamvis jus ſacrorum Domino territorii non competat: competit tamen ei jus circa ſacra, ad quod refero: jus Placeti Regii, facultas determinandi aetatem pro facienda profeſſione, jus numerum Religioſorum ad ſtatum fundationis determinandi, & ſimilia.*

9. *Jus Aſyli plurimum dependere a Superiore territoriali, Auguſtiſſima* MARIA THERESIA *per Reſcriptum 1775 editum oſtendit.*

10.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

10. *Vi legum Imperii recurſum ad Comitia prohibitum eſſe oſtendi non poteſt.*

11. *Recurſus ad Comitia nec ſolennitatibus, nec fatali, nec litteris informativis coërcendus; & quaeſtio, an habeat effectum ſuſpenſivum, an devolutivum, eſt valde impropria.*

12. *Reſervata Imperatoris ſunt jura ante ortam ſuperioritatem territorialem ad Regalia jam relata.*

13. *Regalia, poſt natam ſuperioritatem territorialem orta, non Imperator, ſed Dominus territorialis poſſidet;*

14. *Quamvis ejusmodi jura limites territorii egrediantur. Hinc v. g. Dignitates militares, non tamen Nobilitatis, aut academicos honores conferunt Domini territoriales.*

15. *Capitula per Capitulationes neo-electis Epiſcopis praeſcriptas non poſſe ſuperioritatem eorum territorialem reſtringere, docet Concluſum Cel. Jud. Aulici in cauſa Capitulationis Eichſtadienſis d. 2 Martii 1759. emanatum.*

## *Ex Jure Civili.*

1. *Lex futuris, non praeteritis, norma eſt actibus.*

2. *Actus ex defectu ſolennitatis invalidus propter manifeſtam aequitatem ſuſtinetur per L. 162 & 183 de Reg. Juris. L. 5. ff. de off. Proconſ. L. 8. Cod. de Jud. Hinc teſtamentum parturientis coram foeminis teſtibus conditum admitto.*

3. *Pactum unionis prolium non adimit parentibus teſtandi facultatem.*

4. *Debitorem ad nudum factum obligatum ad ejus implementum praeciſe compelli non poſſe, ſed praeſtando intereſſe liberari, & rationi, & legibus contrariatur.*

5. *Opinio vulgaris adſtruens, ſententiam debere eſſe conformem libello, juri conformis non eſt.*

6. *Mala fides ſuperveniens nequidem de jure Canonico tollit Publicianam actionem.*

7. *An*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

7. *An praedia in dubio cenſitica, an emphyteutica praeſumi debeant, problema eſto.*

8. *Praeter Dominium alia ſpecies juris in re non datur.*

9. *Pecuniam luſtricam in dubio ad peculium adventitium regulare refero.*

10. *Si certum ſit, ampliores eſſe praedii dati fructus, ac ſunt uſurae quot annis debitae: nec pactum antichreticum, nec venditio ſub pacto de retrovendendo abſolvit creditorem ab uſuraria pravitate.*

11. *Cauſa jurejurando extrajudiciali deciſa ex nulla cauſa, excepto perjurio formali, retractari poteſt.*

12. *Pacta licet hodiedum firma, validaque ſint: tamen facultas poenitendi in contractibus innominatis adhuc datur, tranſitque in haeredes.*

13. *Falſa eſt Boehmeri ſententia, Mulierem ratione dotis creditori, expreſſam anteriorem habenti hypothecam, praeferri.*

14. *b. f. Poſſeſſor fructus virtualiter extantes quatenus locupletior factus, ſtricto jure quidem reſtituere teneretur: aſt ob nimias, quae inde oriuntur, difficultates illos non reſtituit.*

15. *Nec ſumtus ſtudiorum, nec Doctorales veniunt in collatione bonorum.*

16. *Reſpublica, Eccleſia, Collegiaque a Principe approbata gaudent jure Minorum, ut ergo contra Minores: ita & contra illa Corpora nullam procedere poſſe praeſcriptionem jure cenſeo.*

17. *Clauſula codicillaris in teſtamento haud expreſſe adjecta tacite ſemper ſubintelligitur.*

18. *Etiamſi ergo corruat haeredis inſtitutio: legata tamen ſemper ſalva manent.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

19. *Filius univerſali gravatus fideicommiſſo & Legitimam deducit & Trebellianicam.*

20. *Jus accreſcendi tranſit in haereditatis emtorem.*

21. *Contradictoria eſt nonnullorum practicorum doctrina:* Caſus non praeſumitur. Culpa non praeſumitur. *Igitur pro immediate praecedenti ſtandum certitudine.*

22. *Quemadmodum venditor ultra dimidium dicitur laeſus, quando pro re ad minimum valente v. g. 10 flor. acceperit tantum 4: ita & emptor dicendus eſt laeſus ultra dimidium, ſi pro re ad ſummum valente 10 flor. dederit 16.*

## *Ex Jure Feudali & Criminali.*

1. *Feudum ſi legatur, licet non feudum, tamen aeſtimatio illius debetur.*

2. *Juris communis & ex Analogia applicata remedia in cauſis feudalibus obtinent.*

3. *Dantur feuda foeminina hoc ſenſu, pro ſolis quod ſint foeminis conſtituta.*

4. *Matrimonium nobilis cum perſona conditionis civicae non eſt habendum impar, ut propterea liberi ſucceſſionis in feudis ſint incapaces.*

5. *Torturae uſus non eſt omnino rejiciendus.*

6. *Poena ſit emendatrix & exemplaris.*

7. *Poenae menſura eſt ſufficientia: igitur, ni feripetae poenis levioribus deterreantur, Principes ultimum ſupplicium adverſus illos juſte ſtatuere poſſe, defendo.*

8. *Plu-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

8. *Plures ſi facta conſpiratione interfecerint unum: omnes poena mortis plectendi ſunt, ſive de authore conſtet, ſive non.*

9. *Quare contra Electores a quocunque Imperii ſubdito; in caeteros vero Principes nonniſi a ſubditis propriis crimen perduellionis committatur, interroganti dicam.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf